



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

151172-B

ALT-



151172-B

Digitized by Google

137. F. 39

De
**IMPERIO
PARENTVM IN
LIBEROS,**
Eiusque
JVRIBVS;

Hugonis Grotij de J. Bell. & Pac. II. 5. S. I. seqq.

ad
Deo annuente,
in Inclita Argentoratensi Academia

PRÆSIDE

**DN. JOH. JOACHIMO ZENT-
GRAVIO, D. Phil. Pract. P. P. Ordinario,**

Respondebit

JOH. JACOBVS ROEMER,

Argentoratensis.

Ad diem 27. Mens. Septembr. Ann. M. DC. XCI.

Hor. Locoq; consuetis.

ARGENTORATI,

Literis JOH. WILHELM. TIDEMANNL

ILLVSTRI COLLEGIO
DOMINORVM PRÆFECTORVM
LEGATI
SCHENCK BECHE.
RIANI:
VIRIS,


MAGNIFICENTIA, NOBILITATE GENERIS,
MVNERVM AMPLITVDINE, CONSILIORVM
GRAVITATE, MAXIME REVERENDA DIGNI-
TATE, EXPERIENTIA, PRVDENTIAQVE
EXCELLENTISSIMIS, CLARISSIMIS,

*DNN. MAECENATIBVS,
PATRONIS DEVOTE
COLENDIS,*

Exercitium hoc Academicum,
obseruant ergo, eo quo decet
animi cultu,

offert

Johannes Jacobus Römer,
Argentinensis.



I. N. J.

S. I.

DE patrum in liberos potestate, quam ob amplitudinem, qua apud priscos fulgebat Romanos, Majestatis nomine cohonestavit Manlius apud Li- vium (a); ejusdemque juribus sacratū, uti Ovidio (b) de- cantantur, multi quidem, sed haud raro confusè scripsierunt; placuit itaque colloquii Academici gratia rem distinctius proponere, ut quid natura hic instituerit, & quid à superioris incivitate imperio provenerit, factoque humano accesserit, ed facilius cognoscere possint ex nostris commilitonibus, quibus hujus disciplinæ accuratior cognitio cordi est.

(a) I. 8:

(b) Io. M. 11.

II. Negari sane nequit, potestatem patriam considerari posse vel secundū se, & juxta naturæ instituta, ita ut facultatem hanc moralem in liberos ejusdemque jura, estimemus ex jure naturali: Vel secundū Reipublicæ alicujus, Ebræorum, c. Romanæq; leges civiles, uti Ascanius Clementinus, JCtus, singulari libro de patria potestate egit, ut notat ius quoddam, quod, uti loquitur, (c) habent, qui sunt de imperio Romano, in liberos naturales & legitimos, cùm nulli alij sine homines, qui illud ius habeant; à quibus aliorum populorum mores & statuta abierunt: Vel secundū certa pater. c. 2. n. 1. etiæ, que inter personas generantes hoc nomine intercesserunt. p. m. 6. Tale inter Amazones & vicinas gentes concubitus causa patrum initum tradit Fornandes (d), ita ut quidquid partus masculini edidisset, patri redderet; quidquid vero sexus fœminæ nasceretur, mater ad arma bellica erudiret: Aliis licet placeat, editū maribus, nō veritali odio infantis miseranda fata matres rupisse. Simile est, si fides primo autori habenda, quod de fœminis in certam aliquam insulam Aethiopiae inferioris detrusis, ex Eduard. Lopezio (e) observavit regn. Cong. c. 9. B. noster Berneggerus (f), quas famellas sibi reservare, masculos patribus transmittere ferunt. Pacto quoque in matrimonii illustrium, (f) Nos. ad quæ Justin. 2. 4. i.

que ex ratione status haud raro contrahuntur, & ad occultas imponendis, nocendive etiam artes referuntur, ceu historiae docent, mobilisque hac de re Barclay (g) discursus institutus monet, patris in liberis, liberorumque jura definitar, circumscribiturque potestas. Contingit id in primis, quando formae reginae, ignoramusque heredes viris sunt jungendae, quae, uti apud Bachonum (h) de hoc nuptiarum genere judicatur, una opera, & virum sibi sumunt, & populo regem dant. Hinc pactis dotalibus, inter Mariam Angelicam reginam & Philippum Hispanum matrimonii causa initia, has conditiones appositae fuisse, autor est Thuanus (i), ut quicunque ex eo matrimonio nascetur, in omnia regna & dominia Mariae: prorsa in omnes Belgij & Burgundie, quos Cesar posider, principatus succedant: Carolo natu grandiore Philippi ex priori matrimonio E. in cetera omnia iam Patri, quam avia & Cesarum avi in Hispania & Italia regna succedente. Ita quando nuptiae inter personas diversae religionis sunt celebrandae, quo litibus ac dissidiis obviam eatur, pacto haud raro constituitur, qui ex liberis patris, vel matris religionem sequi debeant: quo jure vero, si in fraudem verae religionis fiat, nunc non disquito. De naturali jure, non quid leges civiles, pactaque matrimonii hic constituant, quae & ipsa legibus naturalibus convenire debent, nobis erit agendum.

(k) i. Clem.
c. 14.
(l) Panegyr.
c. 38.

(m) L.c.

III. Legitur potestam patria appellatio apud Senecam (k) etiam, quae jus & imperium patris atque parentum alias dici solet: Plinie (l) vocatur ditio parentum. Patria enim hujus potestatis denominatio, ab ejus possessione matrem penitus non excludit, ut nec pater a matrimonio ideo excluditur, a matre licet hoc ita dicitur. Quam proinde etiam non male definiunt, quod sit jus parentum regendi liberos. Nimurum ut eleganter Plinius (m) loquitur: *Natura semper in divisione parentum liberos esse iugis, nec nisi inier pecudes, sic inter homines potestatem & imperium valentioribus dedit.*

IV. Principium & ratio cognoscendi potestatem patriam, ejusque jura, est finis societatis patris, liberorum nimurum educationis. Mediorum hujus consequendi numero cum jura propter finem agendi habeantur, ut finis est mensura mediorum, ita quales actiones ejus consecutio ex se & per se deposita, ad illas ius ex necessitate finis pater intelligitur habere. Cum verò inter finemque consecutionem connexio quadam & dependencia

tia moralis sit, necessario hoc jus agendi restringendum erit ad media vel bona, vel indifferentia, & modum agendi moraliter bona, qui hoc loco, seu iam cognitus, ex doctrina de origine & principiis moralitatis presupponi debet. Non enim sumpli-
 citer admittendum illud Grotius (n): *Ea qua ad finem docum in me-
 rali materia, estimationem intrinsecam accipiunt ab ipso fine.* Unde nec
 in infinitum agendi jura parentum in hac societate extendi de-
 bent, sive in republica, sive extra rem publicam illam spectare
 velis. Præterea cum in hoc fine, quantum ejus consecutionem
 attinet, officium patris etiam fundetur, quod non in atrocitate
 consistit, jus agendi hoc nomine eidem competens, sic erit ex-
 plicandum, ne si extra furoris & irarum impetum, qui illum egit,
 constitutus rursus fuerit, vel ageret, affectus in liberos bis laesos
 sentiret. Istam quippe vim, sibi à patre illatam, natura non
 amat, nec eidem L.L. divisa de potestate patria favent. Nihil,
 inquit Salvianus (o), qui eximiè hic philophatur, inter alia,
 contingere potest parentibus felicissimam iustas successendi causas ha-
 beant, quam ut sic eis pro reatu filij satisfaciant, ne necesse habeant vindici-
 care. Rursus (p): *Nihil de ultione perdit filio ignoscens pater: quia fe-
 licissimum multo est & laudabilem, suis aliquem etiam immerto ignoroscere, quam*
 in ius etiam merito vindicari.

(n) de j. 2. p.
4.3. 4.1. 5.2.(o) Ep. 49. 4.
p. m. 32.

(p) L. 4. p. 332.

V. Cæterum, ut distinctius hæc explicitur, investigan-
 dæ sunt 1. iurium & imperii patrii origines naturales; 2. il-
 larum per jus naturæ declaratio; & 3. modus consequendi.
Naturam, quando imperii patrii causam esse contendimus (q),
 & *jus hoc domesticum à natura insatum, insunquam dici debere* cum
 Petrus ~~A~~reodio (r) affirmamus, divinas ejus origines hoc ipso asse-
 rimus, communes cum reliquis imperiorum speciebus, & ab
 ipso Deo assertas, cum liberis honorem, ex Apostoli commenta-
 rio obsequium imperio respondens comprehendentem (s),
 parentibus præstandom præcipit (t): quod nec gentiles latuit.
 Sic enim Mulenius apud Stobæum (u): Πάτερι ματέρι τῷ δικαιο-
 ᾿ναρος ταύτης καρδο, πατερενικομορική στοιχείων parentibus, decorum
 videntur. In hoc consistit πάτερι καὶ ματέρι τῷ δικαιο-
 ᾿ναρος καρδο, parentibus definit, monente Plutarch. (x) Quo
 ipso uti Deus parentibus in liberos vicarium, suo loco in domo
 exercendum imperium concessit, & ad certos id fines exerceri

(q) Aris. 8.
Ethic. c. 11.
(r) de patr.
juro p. m. 18.(s) Ep. 6. 1. 2.
(t) Exo. 20. 12.
(u) Forma.
77. f. 498.(x) 1. 2. de frat.
am. f. 479.

Jussit, ita jure naturali insito idem continetur. Nam & hoc postulat, ut liberi parentibus honorem obsequii exhibeant, sanctam hoc ipso pronuncians parentum jubendi imperandique potestatem. Quod enim simpliciter necessarium est ex ratione consociationis inter parentes & liberos, immo necessarium, ex fine societatis humani generis, id inter mortales, & in societate inter parentes & liberos, est divinae ordinationis, sicut ipsa societas. Hujus verò generis est imperium parentum in liberos, eique respondens horum obsequium, sine quo res humanæ stare nesciunt, liberique atque parentes redduntur insociabiles. *Euripides* (y) id quod μήτερ notaturus, primo ponit loco: τέτοια πάθειας χρών, πάθειας τοπίου ταῦτα τοῦ θεοῦ δίκαιον, parentibus obedire liberos, quodque hoc ipsum iustitiam esse existimare oporteat.

V.I. Naturales has, & ab ipso Deo descendentes iurium patrii imperii origines dicit, declaraque ipsum ius natura, hoc modo: Nimirum, quemadmodum cæteræ mortalium actiones societatis humanæ fini convenire debent, ita & actus generationis institutus appetitu ordinatione & intelligentia veri finis, qui est hominis, futuræ vitæ socialis membra, procreatio; à fine hoc non aberrare debet. Unde cum hic actus homini non sit ex prima ordinatione aliter concessus jure naturali, (quod ceu jus sociale, uti de universa humani generis societate, ita de singulis quoque ejusdem membris jam ab illorum generatione, & ejus momento, solicitum est,) nisi sub conditione, quod generans generati curam necessariam habere, illudque in commodum societatis humanæ, cuius pars est, membrum formare velit; ex juris naturalis præcepto ad hoc præstandum parentes obligabuntur. Generantibus ergo naturā generatum associantem, ius naturæ, quod generati, ceu membrae societatis humanæ curam gerit, actumque generationis non nisi fini consociationis humanæ convenientem, & cum cura generati coniunctum concessit, præcipit quoque ejusdem educationem, ceu finem hujus consociationis, quæ inter parentes & liberos intercedit.

(z) Lach. f.
2450
 'Ηγεῖ τὸ τύτων, inquit Plato (z), δέδοκται ἐπιμεληθῆναι οὐδὲ τὰ μάλα, καὶ μὴ ποιῆσαι ὅπερ ὁ πολλοὶ ἐπειδὴ μεγάλα γέγονεν, ἀντρας δύτες δι, τι βέλονται ποιεῖν· ἀλλὰ τὸν δὲ καὶ ἀρχαῖς ἀντῶν ἐπιμελεῖς καθόσιν διοῖσι θεμάτων, videtur igitur nobis, quam diligentissima horum cura susci-

enda, neque agendum pcamus quod multis solent, qui filios suos cum primum adoleverint, pro sua finunt libidine vivere: immo verò nunc incipendum est ipsorum curam habere, quoad ejus facere poterimus. Cum itaque jura naturalia parentibus etiam liberorum, quos generare voluerunt, educationem præcipiant, sub obligatione quadam à generationis actu inseparabili, ex necessaria humani generis, ejusdemque societatis conservatione; hoc ipso à naturæ generisque humani autore Deo jus in liberos rectorum parentibus concessum, ejusdemque exercitium iisdem demandatum esse, necessariò sequitur. *Quis enim, ut rectè infert Lactantius* (a), *filios poterit educare, nisi habeat in eos potestasem; castigandi sc. & puniendi.* sap. c. 2. *Nam qui præcipit finem, præcipit quoque, conceditque usum eorum, quæ ad finis consecutionem per se, & naturali connexione sunt necessaria; quale ad educationem liberorum est imperium patrium.* Anaximeni apud Stobeum (b) parentes hinc dicuntur γένεσις τοῦ ταῦτας αὐτοι, generationis & discipline autores; fi. 456. illam ab hac inseparabilem esse innuenti.

VII. Modum verò consequendi potestatem patriam quod attinet, acquiri illam dicimus per generationem, à qua educationis obligatio est inseparabilis; qua proin etiam constringuntur, ideo quia generarunt, ita ut cum obligatione educandi, simul potestatem rectoriam, juraque ad hunc finem necessaria, facultatemque moralem hujusfinis causa agendi acceperint. Eo ipso, inquit B. Baclerus (c) noster, quod parentes generarunt, sē ad conservandum & educandum id quod generatum esset, obligarunt. Nec Hugo Grotius (d), & ex moralium doctoribus Lessius (e), ab originibus potestatis patriæ Generationem non excludentes, ob assertionem hanc meriti sunt, quare tam rigide censentur à Friderico Horio (f). Nam quod Grotium attinet, cuius haec sunt verba: Generatione parentibus jus acquiritur in liberos, & quidem originariè; non per nudam generationem hoc fieri ait, uti Hornius (g) contendit: Cum B. Thomasio (h) judice, generatione jus parentibus acquiri statuens Grotius, non tam illud agere videatur, ut potestatem patriam à proximo principio demonstret, quam ut eam à duobus ceteris in personam generibus iuri originali, quorum alterum ex consensu nascitur, alterum ex delicto, tanquam luculentio quedam & indubio intervallo separaret. Ab educatione sane, que finis est societatis inter parentes & liberos,

- (i) l. 2. de J. s. quod non excludat, sed cum generatione conjunctam potius intelligat, illi non negabunt, qui norunt, quanti fecerit in moralibus argumentandi genus à fine ad illa, qua ad finem perducunt; & quam familiare hoc illi fuerit. Etsi vero nec Lefsius (k) disciplinam probemus, qui generationem inter origines juris parentum in liberos referendo, de ratione & ordine causandi, qua tali, id intelligit; quod *causa habeat naturaliter potestatem in effectum*: Minus tamen solidè cum hunc, tum illum impugnat Hornius (l), quod si *generatio*, inquiens, *produceret naturaliter imperium in generum*, & *brutis animalibus*, & *stirpibus*, quibus *potentia & operatio generativa tribuenda est*, *simul assignanda foret aliqua imperii potestas*, non *fine absurditate*. Excipi quippe potest, intelligi assertum debere de generatione, quatenus est actus moralis simul, & quatenus rationis directionem sequitur, sequi certè debet; qualis generatio brutorum & stirpium non est. Humana generatio cuius, cœu, ut dictum, actus moralis, principium non natura tantum vegetabilis, sed & recta ratio est, qua homo hujus actus finem divinitus institutum intelligit, medium dicitur consequendi juris, quod ex divina ordinatione, cum illa inseparabiliter conjungitur, non quatenus est actus naturæ vegetabilis, quod Hornio concedimus, sed quatenus est actus à naturæ autore ad societatis humanae conservationem institutus, & à rationis dictato, appetitu generantis ordinatori, ad hunc finem, quem solus homo intelligit, directus: prolixius hoc generantium officium explicante Clem. Alexandr. (m)
- (m) Pedag. l. 2. c. 10. f. 188. 194.
- (n) l. e.
- (o) l. e.
- VIII. Cæterùm cum non omnes eodem modo explicitent, quo pacto generatione potestas parentum in liberos acquiratur; non sentimus cum Lefsius (n), qui in originibus imperii patrii explicandis generationis mentionem faciens, hoc intelligit de ordine causandi; sic ut jus hoc dependeat ex universali relatione inter causam & effectum, ita ut liberi, quis à parentibus geniti sunt, dependendi ab iis causam excutere nequeant, uti alij loquuntur. Lefsius (o) verba hæc sunt: *Causa naturaliter habet potestatem in effectum*. Hac ratione Deus potest imperare omni creature rationali, quia ipse est autor, & illa est opus & signum ejus. Idem suo modo competit parentibus in filios. Verum ab eo quod in artificiali & equi-

equivoca productione rei exiguae, ut sunt formae rerum accidentales & artificiales, rei item diversae planè rationis, & à producente in esse & fieri dependentis, contingit, ad generationem sibi similis, & naturaliter aequalis, non V. C. Est enim, uti Pufendorfius (p) loquitur, ex substantia nostra excicitur proles: & quæ Aristotele. (q) est doctrina, tñ & è virtù, òrör tñ dñs &, quod ab aliquo profectum est, ejus sit proprium, à quo est profectum; tamen quia ab in personam nobis similem, & que, quantum ad jura hominibus naturaliter competentia, nobis est aequalis; inde ut nobis fiat in aequali: seu ut nostro imperio subjiciatur, alio usque titulo videtur opus esse. A jure naturali itaq; patri, ob injunctam proliis educationem, ut utile consociationis humanæ membrum fiat, concessum imperium actu per generationem acquiritur tantum à genitore, ita ut ad modum consequendi hujus juris, non producendi pertineat. Fundamentum præterea Lefèvry: Causa naturaliter habet potestatem in effidum, in hac quæstione de potestate parentum in liberos, periculose consecutionis ratio esse potest. Abutatur hoc effato Eolus, de quo Ovidius (r): Jamque dari parvum canibusque, avi- bwque nepotem jussat in solu destitueque locu: Pro sua tamen disciplina hoc effatum non illi dubitabunt allegare, qui permit- tunt, ad evitandum periculum vita & infamia puella pregnanti procu- rare abortum, si fetus non sit animatus, apud Dianam (s): A qua ta- men sententia non solum ipse Diana abit, sed ipsa etiam Universitas Parisiensis, institutis hoc nomine querelis apud Parlamen tum (t); quamque Consilium statu doceri singulari Edicto (u) pro- hibuit, die 3. May 1644. ipso etiam Lefèvre (x) negante, licere fœminæ præbere pharmacum, eo animo, ut facias proliis abortionem, five ante, five post animationem; et si fiat ad preservandum pregnantem à pericule mori, in quo est ex puerperio, etiam nondum animato: licet casu hoc id Medicis etiam concedat Antonius (y), Archiepisc. Florentin. Cornelius à Lapide (z) certè exinde negat, patrem post filio vitam adimere, eo quod animam ei non dederit, ut pote creando infusam, cum aquila, Ciconia possint filios degeneres praincipiare & occidere, quarum anima sum ex traduce. Sequitur enim ex hac disciplina, si genitor per traducem cum nato communicat animam, sicut alia generan- tia, quod in genitum inde illi non minus juris sit, quam aquile, vel ciconiae in pullos degeneres.

(p) J. N. G.
l. 6. c. 2. S. 4.
(q) 8. Ethic.
c. 12.

(r) Epist. II.

(s) P. VI. Re-
sol. mor. ir. 8.
Ref. 37. f. 198.
(t) Requête
de l'Univers.
de Paris à la
Cour, de Parl.
contre le P. H.
(u) Arrêt du
Conseil d'Etat
contre le P. H.
rendu le 3. ;
Maij 1644.

(x) de I. & J.
l. 2. c. 9. dub.
10. n. 61. f. 96.

(y) Summ. P.
III. t. 7. c. 3. de
viii. Med.
§. 2.

(z) Comm.
ad Prov. c. 19.
f. 10.

I X. Et si verò generatio ex præciso ordine causandi, nudaque quam infert relatione causæ & effectus, ad potestatis patris in fiboletu jura constituenda insufficiens ex se sit, nolim tamen afferere; eandem tantum occasionem præbere ius aliquid in problem acquirendi (a), monitum etiam celeberr. Dn. D. Albert. (b)

(a) *Præfund. 3. R. G. I. 6. c. 2.*
 (b) *Compend. 3. R. P. II. c. 12. p. 139.*

Sanè non satis congruè res exprimitur, si id, quod ad ius aliquod exercendum obligat, occasionem tantum præbere dicatur illud acquirendi. Supra verò diximus, generationis humanæ actum non dari citra præceptum legis naturalis, personam generatam, cui generanti naturaliter & qualem, educandi, cui à genitore hoc officium citra crudelitatem denegari non potest, cuius etiam obligatio à generationis humanæ actu, qua moralis est, inseparabilis. Studium hinc generandi cum affectu generatum conservandi, quod est educationis inter homines,

(c) *Moralis Eudem. I. 7. c. 8.*
 conjungens Aristoteles (c), sic, inquit, ταῦτα ζῶντες οὐκέτι τὰ τέλη συντίθενται, καὶ τὸ γένος ταῖς γενεσίσια σύγχρονον, quo circa & in animabibis peculiare in generando, natusque conservando, studium est: Præcipiente iure naturæ hominibus, ad quod animantia naturali fertuntur instinctu. *Outras ictus à quæsis quibzævæ, adeò naturæ amans est ejus, quod peperit;* merito *Synesio* (d) exclamante.

(d) *Epipl. I. ad Nicand. f. 157.*
 X. Alij generationeta pro causa potestatis patris habentes, id intelligunt de beneficio, quod generando parentes, cœvitæ post Deum autores, in liberos contulerunt. Sic enim Heros dñs (e), cum filium patri beneficia etiam subiicit docuisset, nulla, inquit, maior obligatio est, quam que à liberis parentibus debetur. *A Deo Dū nobis sumus. Quod sumus, quod vivimus, quod moveamur, paternum beneficium est: atque bñjusmodi beneficium, quod compensationem non admittit. Agnoscimus & nos beneficij hujus magnitudinem cum*

(f) *3. Ethic. c. 12.*
 Aristotele (f), qui inter maxima beneficia, quibus parentes liberos affecerunt, hoc quoque refert, quod τὸν ἀνατίτων, causa fuerint, si nascerentur; ita ut non dubitemus cum B. Ignatio (g), εὐρypνὸς Θεοῦ οἰς τὸν γίνοντα, ad generationem suorum liberorum cooperarios Deo parentes appellare, vel cum Clemente Alexandr. (h) afferere, quod

(g) *Epipl. ad Philadelphia. p. m. 177.*
 (h) *Padag. 2. 2. 4. 10. f. 188.*
 τὸν ἀδερπόν τὸν Θεοῦ γίνοντα, καθ' οἰς γίνοντα ἀδερπόν ευρypnὸν, ea ratione homo fit Dei imago, quatenus homo cooperatur ad generationem hominis. Verum beneficia in patrem, nec alio titulo inferiorem collata, benefactorem non seddunt illo, qui beneficia acce-

accepit, superiorem, nec hunc paritate sua exutum, illius imperio sit subjiciunt, ut ejus imperandi, atque cogendi potestatē cum obligatione quadam in se teneatur exprimiri. Respondebit beneficiis gratiarum actio, non verò subjectionis, nisi quis ultro se alteri subjiciat, & in ejusdem in se imperium consentiat. Causa etiam sunt beneficia obsequij reverentialis, amoris cultus, non subjectionis coactivæ vero imperio respondentis; & ex officio grati animi potius quam debito, quod sit subjectionis character, praestandi. Xenophon (i) etiam, vel Socrates apud Xenophonem, cum inter maxima beneficia, quibus à parentibus liberi sunt affecti, hoc retulisset, quod liberis existendi causa fuerint, εἰ δὲ γένει τὸ πάντα τὰ ἀριστεῖα τῶν, grati animi tantum, non subjectionis, qualis imperio debetur, officia inde it derivatum. Graviter verò invehitur idem in eos, qui τὸν οὐρανὸν θύτη ταῦτα μηδὲ τὸν αἴρουσιν, rei revera causa homines liberos procreare, & proin hos generatione parentibus non teneri, objiciunt: quos etiam in ruborem dedit Petrus Aerodius (k). Nam (l) de patribus à generationis actu qua hominum, non bestiarum est, ratio iuris p. 23. riū est petenda, & finis generantis perversus naturæ finem & obligationem non tollit.

X I. Thomas Hobbes (1) statum inter filium & matrem naturalem, & primum, bellum, & proin jus quoque occidendi esse supponens, matrem infantem singit vel educare, vel expondere sup arbitrio & jure posse; ad quam etiam ex jure victoria dominiorum infraeius pertinere credit, ita ut ex officio vixi, & quod ipsi mater vitam concessit, ejus imperium in se agnoscere teneatur. Ingeniosius certè in gratiam infanticidarum, quas crudelis pudor, in suam prolem lèvire jubet, philosophari homo hic non potuisse, quo suum excusent in occidendo partu commissum furorem, cœrum belli jure inter hostes statu hostili concessam. Sed αἰχμὴ, οὐ τοῦ, exclamat Gentilis Plutarchus (m), τὰς δινέον γυναικας καὶ λόχιας, καὶ οὐδινές, καὶ τερποπλας ποστού την, καὶ χέρια, τὰς δὲ εἰρηνήτας, δάκρυα, καὶ μιδρίς, καὶ ἀπόβλαστας ἐπὶ χρέιας διδούντες, turpe, prob. Jupiter, fuerint, bestiarum proiectiones, partus, dolores in partu, educationes gratis esse & à natura: Homines verò fenus, mercadem, arrabones istarum rerum causa exigere: qualem Epicurus, quem ex orco resuscitatum ivit Hobbius, Plutarchus (n) auctore, inter parentes & liberos

beros dari somniavit amorem. Insevit hunc ipsa natura, cuius stimuli matrem sic conciliant nato, ut excipiat eum, non ut hostem, sed ut hospitem suavissimum, desideratissimumque; uti loquitur Dn. D.

(o) Compred. Alberti. (o) atque quod addimus, acceptissimum, amicissimumque. Aliud Naturæ autor Deus matri imperat per mammas lacteas turgentes, & quando, ut Clemens Alexandrinus (p) loquitur, τὰ καταμήνον ἀντὶ post partum ἀνακλεῖται τῆς δυσίας τρόπος, κατὰ πεντάντα ώραν χρεῖν καλύπτει τὸ πατρόφροντα γεννητού τοῦ θεοῦ τὰς φλεγμαίρρας ὥδη μαστίς, à proprio motu exclusum, naturali diffusione ab almo & generationis autore Deo ad ubera jam turgentia se con-

(q) de pueror. ferre jubetur: Cui rursū addenda Gentilis Patriarchi (q) disciplina-
educ. i. 2. opp. f. 3.

(r) Medis. Pol. c. 8. n. 7. p. 119. et turgentes, & quando, ut Clemens Alexandrinus (p) loquitur, τὰς δυσίας τρόπος, κατὰ πεντάντα ώραν χρεῖν καλύπτει τὸ πατρόφροντα γεννητού τοῦ θεοῦ τὰς φλεγμαίρρας ὥδη μαστίς, à proprio motu exclusum, naturali diffusione ab almo & generationis autore Deo ad ubera jam turgentia se con-

(s) Inst. de par. pos. S. 2. XII. Causam potestatis patriæ alij faciunt Imperium Publicum. Ita doctissimus Beermannus (r); quod sic ulterius explicat:

Publicum enim, inquit, ob multitudinem negotiorum communiores rerum privatarum alij committi, sive curam regendorum liberorum parentibus potissimum. Loqui autem puto Virum Cl. de potestate patria Legali, seu quatenus potestas patria se habet in statu legali. Legibus quippe civitas etiam potestatem hanc, qualis quantaque esse debeat, ejusque modum, jura, definit & determinat. Hoc

(t) Inst. de par. pos. S. 2. sensu Justinianus (s) jus potestatum, quod in liberos habemus, proprium civium Romanorum esse dicit, non sane materialiter, sed, uti explicat

(t) Comment. Franckius (t), formaliter, prout scilicet ex legi Romuli. Unde seipsum

l. c. n. 3. p. 440 explicans Imperator, nulli enim, inquit, alij sunt homines, qui tales

seqq. in liberos habent potestatem, qualem nos habemus. Quare cum in pre-

sentia à nobis non agatur de originibus potestatis patriæ, relata

& formaliter, b. e. Juri Civili, de quibus verba Imperatoris ex-

(u) Inst. Infr. in Inst. Infr. b. e. plieat Confutissimus Collega noster, Dn. D. Schragius (u); sed

ab solida & materialiter, prout est juris inter gentes & mortales uni-

versalis, atque ante constitutam rem publicam, & extra coetus

civiles datur, illarum pro fonte imperium civile in praesenti

(x) Releff. c. 4. haberi non potest, prolixius etiam explicante Arniso (x).

foli. 1.

XIII. Praesumpta liberorum consensum etiam, adeoque pactum ea-

enim, pro titulo, in quo jus parentum in liberos sit fundatum,

(y) J. N. 6. doctissimus habet Pseudorius (y). Quemadmodum enim, inquit,

6. 2. 4. Elem. parentis eo ipso, quod infamem tollit: declarat, se si obligacionem à natura in-

Jur. univ. l. 2. junctam impleturum, infantemque quantum in se bene educaturum: ita

ax. 2. obs. 3. p. 2. contra infans, eis expressè nequeas promittere; ex ipsa iamen parentium

m. 364. operâ

opera obligationem erga eosdem contrahit, non minus; quam si expressus ipsius consensas accessisset. Verum enim verò si parentes generando declarant, sese obligationem infantem bene educandi à natura, hoc est, à Naturæ autore Deo, per legem naturalem injunctam, impleturo esse, sequitur, quod à iussu tantum legis naturalis, educationem liberorum imperant, ejusque actus, actus imperij in personam, voluntatem & actiones liberorum præcipiens, ipsum jus imperii parentum in natos derivari jure debeat; cum jam detur, nullo adhuc pacto inter liberos & parentes, sive tacito, sive expresso, existente vel sequente, ceu quod ad jus patriæ potestatis consequenter tantum & per accidens se habet. Malum enim origines jurium humani generis à causis per se potius, quam à causis per accidens supervenientibus derivare. Qui actus sunt à lege naturæ præcepti, & proin non liberi, non sunt liberi alicujus pacti. Ad exercitium patriæ potestatis potius, quam ad primas ejus origines pactum referri debet.

XIV. Denique non desunt, qui origines potestatis patriæ exinde repetunt, quod pater sit *dominus corporis*, ex quo proles nascitur. Ita non solum Hobbius (z) patrem, jure à matre derivato, (z) de Civ. c. 9 dominium in liberos habere fingit, sed & Fridericus Hornius (a) §. 7. fundamentum patriæ potestatis censem esse subjectionem uxoris, qua mariti (a) de Civit. regno subjicitur; quod censeantur nati eodem jure, quo mater, partu regnante sequente conditionem ventrū, quod imperium concernit. Plurimum verò licet haec sit disciplina, merito tamen illa disciplicet B. nostro Baclero (b). Suo quippe jure, per generationem, nec per (b) Commune. subjectionem uxoris demum quærito, potestas & imperium Gros. P. II. patri in liberos naturaliter competit, susceptos ex foemina etiam p. 150. per illegitimam conjunctionem. Parent enim hoc ipso quod infantem suscipit, ad ejus curam jure naturali obligatur, quæ obligatio à generationis actu in homine etiam scortatore est inseparabilis, etiam turpi mercede prostibulo soluta. Πρόσατος μὲν ἡ αὐτολέπτη τὸ ἀυτῆς ἔχοντος, ὁδὸς λύκος ἀθρατος δὲ ἀπολέπται; neque οὐδις σαυτον suum deserit, neque lupus: num homo deseret? quætere Iubet cum Epicuro ipso (c). Falsum proin est illud Hobbi, quod in (c) Ariane. statu nature, extra civitatem, si quidem mas & foemina societatem constitabant, ita ut alter alterius imperio non subfit, nati ex iis matris sint, non patris: Contra naturalem enim obligationem initum pactum

iritum est. Tale vero est pactum initum cum feminis nudis vel ad exsplendam libidinem, vel ad sobolem quidem querendam, sic tamen, ut licet patri omnem nati curam penitus, ac si pater non esset, non quoad actum tantum, sed & quoad habitum abjicere, cumque tanquam ad se non pertinentem, plane negligere, onere & cura educationis, plane & in solidum relinxisse.

(d) Epist. L. 1. matri. Ipse Epicurus apud Arrianum (d) dicit. *Et si de atrae iuris
prædictior, exenti de omni iniuria, unde operari est autem, scit, ubi
semel natus puer fuerit, non iam in nostra esse potestate, ut cum non diligamus, non cureremus.* Id equidem natura non requirit, notante Pufendorfio (e), ut uterque parentum per se & immediate educande proli operam

(e) de J. N. G. 4. c. 2. § 5. naveret; omnem tamen educandæ prolis curam penitus abjicere, ut scortorum Amasis solenne, jus naturæ prohibet. Quam minus apte vero hoc quadrat illud vulgare: *Partus sequitur conditionem ventris, ignorantem monet Groius* (f). Dominium corporis § 29. c. 8. § 18. itaque, ex quo proles generata est, pro occasione potius, vel medio consequendæ in uxoris prolem potestatis, quam pro causa adæquata habuerim, terce non patriæ, sed alterius cuiusque potestatis: secundum ea quæ disputat Pufendorfius (g.)

X V. Subiectum imperij in liberos recte Groius (h) utrumque facit parentem: *Generatione, inquiens, parentibus jus acquiritur in liberos: utrius nimirum parenti, patri ac matri. Ad officium educationis enim propriæ actū generationis jus naturæ utrumq; obligat generantem. Divina sanè ejus juris promulgatio Decalogo comprehensa, à liberis debitam matri æque atque pat-*

(i) Epist. 6. 1. tri, honoris & obsequii, secundum Apostoli (i) commentarium, exhibitionem exigens, iisque præcipiens, eodem officium hoc præstantibus præmio promissio, utriusque quoque parenti jus liberis imperandi largitur, matremque æque ac patrem ad illius

(k) Lev. 19. 3. exercitium obligat. Divinum etiam jus (k) parentum metum liberis inculcaturum, matrem præponit patri: *Unusquisque ma-*

(l) i. Deconom. item suam ac patrem timeat. Metus hic, qui Aristoteli (l) iuxacte xxi c. 11. osuimus esse, i. e. reverentiam quandam cum pudore habere dicitur, character est inferioris, cui vis alterius justæ coactiva imminet, nisi præceptis & imperio ejus pareat, quam propin metuat. Qui

metus tantum abest, ut soli patri debeatur a filio naturaliter, ut ad jus matris cognoscendum, etiam matrem patri præponere placuerit

plauevit Deo (m). Opponimus haec Bodino (n), qui imperandi
jus ac potestate nemini à natura tributam contendit, praterquam patri. (m) Damachus
Positivi quoque juris est, & de potestate patria juris civilis in- Colleg. Decalog.
telligendum, quando ab ea mater excluditur. Rationes Ascanij explic. Prece.
Clementini (o) id explicant quoad effectus civiles ex patria potestate IV. S. 4. p. 601.
resultantes, quos in matre locum habere negat. Cum itaque à Deo (o) de potest.
ipso pater & mater subjectum hujus juris, sive imperij in libe. patr. c. 4. n. 16.
ros constituantur, & per jus naturæ ejus exercitium parentibus seqq. p. 16.
committatur; valde dubito, imo nego, juri naturali ista con-
gruere pacta matrimonialia, quæ sic super prole disponunt, ut
vel pater, vel mater imperio & jure in liberos excidat. Im-
mutabilis quippe juris est, ad omne generantium pactum ante-
cedenter se habens, honora patrem & matrem. Vim hujus præ-
cepti, mutuamque parentum & liberorum obligationem pacta
humana nulla infringunt aut elidunt, cum ejus fundamentum
mutari nesciat, perpetuumque sit. Amazonum factum est
d'roual; & pacta inter matrem & foeminam prolis præcisè gra-
tia, quale fuit Thalestris cum Alexandro apud Curtium (p), (p) & 6. c. 5.
jure naturali non probantur, cum talis conjunctio maris &
foeminae extra justum matrimonium dari non debeat. Ita
quando foemina Princeps nubit subdito prolis obtinendæ gra-
zia, sicut tale matrimonium non tollit jura solij, uti concedunt,
ita nec tollit, nec tollere potest jura thori, ceu divinitus ordi-
nata; ita ut quo jura solij illibata maneat, non necesse sit patris
cum ejusmodi uxore illustri tale inire pactum, quo omni in li-
beros communes imperio & potestate patria excidat. Inde
nec licet munus patri divinitus injunctum, quale est libero-
rum educatio, atque hujus jura deferere, & in tale pactum con-
sentire, quo jure patrio privatur. Quare cum summo impe-
ranti nullum jus sit in illa quæ jure naturali præceptivo con-
stituta sunt, quale est, quod in societate nuptiali voluntas uxoris
si obnoxia marito (q), in societate patria verò liberi Patrem & (q) Gang. 25.
matrem bonoren, nec ille omnem curam liberorum penitus exuat,
quicquid sit de subiecto potestatis patriæ vicario; recte B. Baile-
yus (r) censet, causarum abundè dari, cur de matrimonialibus pactis, (x) Commune.
qua omne imperium marito in uxori; & quod additus, patri in Erit. P. II.
liber. L. c. p. 152.

liberos, parum præclarè sentiri possit, cum ut ad tale pactum descendatur, nulla satis urgens ratio valide allegari possit.

X VI. Præter naturale potestatis patriæ subjectum, quod sunt Pater & Mater, datur quoque subjectum hujus imperij *subsidiarium*, deficiente nimirum subiecto naturali. In hujus enim locum, & consequenter jura succedunt avi, vitricus, noverca, & tutores. Modum consequendæ hujus potestatis quod attinet, et si natura, quæ in necessariis non deficit, illum intendat, diversus ille est à modo, quo subj. à naturali eadem acquiritur, quod generatione fieri constat. Avum quod attinet, et si illum filium suum, & apud nepotes patrem repræsentare contra mortalitatis ordinem sit, attamen cum orbi in locum parentum succedunt, illosque coram avo repræsentant, & jura liberorum hoc ipso nanciscuntur, expectant ab avo educationem, quam pater expectaret, si vivus adhuc minor foret. Vitricus in privignos accipit potestatem patriam partim pacto; matrimonij causa cum illorum matre inito, à qua in curam educandæ proli & privignorum admissus, per illius consensum & delationem ista jura consequitur: partim ex jure patrisfamilias rectorio, quod licet formaliter non sit patrum, filius tamen uxoris jubendi, atque imperandi potestatem habet, tanquam membris familiae; ad plura licet obliget officium patris genitoris, quam patrisfamilias. Similiter novercae à marito, ejusque delegatione hoc imperij genus in liberosmatiti pacto conceditur, qui uxori in rei domesticæ administrationem admissæ, etiam curam & educationem liberorum suorum cum sufficienti in eos, eorumque actiones imperio concedit, quo, uti Philo (s) loquitur, μητρὶς καὶ μητρὸς ὀνομα συγγένεις, noverca & matris nomen verè cognata appellatio fiat. Tutor quoque sicut ex humanitatis officio pupilli tutelam & educationem infuscipit, ita matre viva, ex illius voluntate; utroque autem orphani parente defuncto, ex præsumpto ejus per pactum tacitum consensu, quem educare debet, qui educationem sui cui summum beneficium cupere rectè præsumitur, imperii patrii jura exercet, quatenus id necessarium est necessitate finis, quem ex humanitatis jure & officio intendit, probante jure naturali. Οὐ τὸν αἱραδίης ἀλιταιρεῖσα ἐφεστά τίκτε τῷ δὲ τοῦ Ζεύς αὐτὸς ἀγκύτεαι

(s) de LL.
ppos. f.

et x̄istri, qui mala iuspiam fraude decepit orphantos liberos, huic certe Iupiter (Deus) irascitur, canit Hesiodus (t). Facit vero id tutor, qui tutelam infantis vel pupilli in se suscipiens, educationem negligit malitiosè, vel ex ignorantia culpabili.

(t) Oper. &
dier. l. 1. v.
330. 333.

XVII. Subjectum vicariorum potestatis patris illi sunt, qui parentum loco & voluntate aliquam educationis curâ exercent. Tales sunt custodes & rectores puerorum, juvenum, ut apud *Diyutin Creiens.* (u) *Phœnix* quidam Achillis custos & recter fuisse dicitur; praceptores, tam publici in Gymnasii, Scholis, in quibus studia & mores discipulorum formantur, quam privati, seu domestici; nutrizes etiam. Parentum enim logo & voluntate uti alias educationis liberorum partes administrant, ita simul partem aliquam imperii paterni, quanta nimis ad finem hunc consequendum necessaria est, accipiunt: uti Xenia des Corinthius apud A. Gell. (x) cum Diogenem Cynicum filii suis præponeret, accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. Apud Spartanos ex Lycurgi instituto, scriptore Xenophonte (y), educationi puerorum quidam cum imperio præterat, qui ταῦτα μ. Q. vocabatur: Τέτορ δὲ Κύπρος Ἀπόλειτος (Lycurgus) καὶ αὐτοῖσιν τοῖς ταῦτας, καὶ ἀποκρύπτει τις ἡριόγραφος, ἐξουσίας τολάζειν, cui potestatem plenam pueros colligendi concessu, & eodem puriendi graviter insperanti an quia nequiter agas.

(u) de bell.
Troj. l. 1. c. 14.
p. m. 15.

(x) l. 2. c. 18.
(y) de Laced.
Rep. in Opp.
f. 676.

XVIII. Ceterum ergo imperium in liberos, iubendique cogendive potestas matris &que competit atque patris, non omnem tamen hic exulare ordinem. Grotius (z) monet: Si contendans, inquiens, inter se imperia, preferatur patri imperium ab sexu præstantiam. Jus imperii in liberos ex divino & naturali jure, sub præcepto ejus exercendi, patris & matris competit, sic ut pater omni imperio in liberos matrem exulta non possit, nec excludere, nisi ad ejus exercitium planè inepta sit. Peccaret sane magistrum, inquit B. Boëcierum (a), in iure natura, si matre omni imperio in liberos excluderet. Ille vero ordo, ut patris imperium, nisi mani- fessè sit injustum & turpe, præferatur, naturalis est, & extra pa- quum, quo mas & foemina singulari quadam ratione de juri- hujus exercitio inter se convenerunt. Semper locum tam in ci- virato, quam excessa civitatem habet, etiam quod accinet pro- letem extramatrium generatam. Nam & in hac casu pater te- netur

(z) l. 2. f. 2. P.
c. 5. §. 1.

(a) Commiss.
Grot. P. II.
p. 151.

netur ex precepto juris naturalis ad nati educationem, & in hujus iure primas habet partes, licet ob turpem corporis tsum matri mercedem solverit, & ita lateat, ut non nisi ex indicio matris cognosci possit: Quae occultatio illum ab officio & exercitio patrii imperii non liberat, ita ut ex illius neglegetu talis pater gravissimi contra jus naturae commissi, & conscientiam sauciantis delicti reus sit; nisi ipsa mater pluribus commune prostibulum, certo indicio patrem nominare nesciat, vel indicatus, an pater sit, in tali casu justas dubitandi causas habeat. De eo interim dubium non est, quod inter conjuges extra civile imperium viventes, vel illo superiores, vel etiam ex civilis imperii consensu, in certis rebus, & quoad certum mandati genus, jus matris potius pacto esse possit jure patris. Quod vero Hob-

(b) de Civ. c. 9. biv. (b) matri in liberos imperium originales largiatur, patri autem at. 2. 3. & 7. non nisi derivatum; sic ut mater originaliter liberorum domina sit, & ab illa pater, vel alius quispiam, iure derivato: cum iure naturae dominium infantis ad eum primum pertineat, qui primus in potestate ipsum habuerit, quod de matre verum est; ob hanc quidem rationem id concedendum non est. Certè nec maxima illa beneficia quae mater proli praestat, quando, ut Xenophon (c) rursus loquitur, πατέρων τὸ φέρει τὸ φοῖτον τὸ τότο, Βαρυρόλην το, καὶ καδυνέσσα πιεῖ τὸ βίον, καὶ μεταδίδει τῆς τροφῆς, ἢ καὶ αὐτὴν τρίποται, καὶ σὸν πολλῷ πένητερον καθα καὶ τελεῖσα, τρέφει τὸ καὶ ἐπιμετέρει, exceptum omnibus hoc gestat cum gravamine, vitaque periculo; alimentumque suppeditans, quo aliatur & ipsa, posteaque magno cum labore gestavū, ac peperit, tum nutrit cum cura, et si nullo ante beneficio fuerit affecta, eidem jus imperii propriè loquendo pariunt, nec ejus causa productrix sunt: licet ad subjectionis officia ex alio juris naturalis capite debita, impellere debeant liberos, nisi detestandæ impietatis notam contrahere velint: Id quod nec Syracides (d) iisdem in memoriam revocare omisit. Tantum ergo abest, ut actualis liberos apprehensio jus aliquod potius & prius, seu originale, patri autem minus tale & derivatum adscribere possit, cum ista foetus & nati apprehensio, sit jure patris tempore etiam posterior, illumque iure per generationem jam quæsito privare non possit, ita ut à matre ad patrem, dum huic se se subjicit, transeat & deriveretur; vel illud minuere. Fundamentum autem præminentis

(c) Memor. l. 2. f. 741 seq. μὲν τὸ φέρει τὸ φοῖτον τὸ τότο, Βαρυρόλην το, καὶ καδυνέσσα πιεῖ τὸ βίον, καὶ μεταδίδει τῆς τροφῆς, ἢ καὶ αὐτὴν τρίποται, καὶ σὸν πολλῷ πένητερον καθα καὶ τελεῖσα, τρέφει τὸ καὶ ἐπιμετέρει, exceptum omnibus hoc gestat cum gravamine, vitaque periculo; alimentumque suppeditans, quo aliatur & ipsa, posteaque magno cum labore gestavū, ac peperit, tum nutrit cum cura, et si nullo ante beneficio fuerit affecta, eidem jus imperii propriè loquendo pariunt, nec ejus causa productrix sunt: licet ad subjectionis officia ex alio juris naturalis capite debita, impellere debeant liberos, nisi detestandæ impietatis notam contrahere velint: Id quod nec Syracides (d) iisdem in memoriam revocare omisit. Tantum ergo abest, ut actualis liberos apprehensio jus aliquod potius & prius, seu originale, patri autem minus tale & derivatum adscribere possit, cum ista foetus & nati apprehensio, sit jure patris tempore etiam posterior, illumque iure per generationem jam quæsito privare non possit, ita ut à matre ad patrem, dum huic se se subjicit, transeat & deriveretur; vel illud minuere. Fundamentum autem præminentis

(d) c. 7. v. 29. contrahere velint: Id quod nec Syracides (d) iisdem in memoriam revocare omisit. Tantum ergo abest, ut actualis liberos apprehensio jus aliquod potius & prius, seu originale, patri autem minus tale & derivatum adscribere possit, cum ista foetus & nati apprehensio, sit jure patris tempore etiam posterior, illumque iure per generationem jam quæsito privare non possit, ita ut à matre ad patrem, dum huic se se subjicit, transeat & deriveretur; vel illud minuere. Fundamentum autem præminentis

nentia hujus potestatis, qua est penes patrem, est *sexus præstantia*,
Groto(e) monente, quam frustra suggillat *Hobbius(f)*; eamque
 actu præminere dicimus per hoc, quod uxor sit subjecta in so-
 cietate connubiali imperio mariti. Unde cum utriusque pa-
 rentis imperium sit per generationem ex officio educationis, ob
 præstantiam sexus autem matris in liberos potestati jus pa-
 trium præferri debeat, actu autem præmineat propter impe-
 rium mariti in uxorem, pater, quod & *Bæclero(g)* notatur, im-
 perio patrii, matris imperium non tolli, sed ex alio capite iuri naturali in
 societate conjugali, feminam in potestate mariti constituenit, limitari & re-
 strigi tantum posse. Κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀρρενοκράτει, καὶ τοῦ ταῦτα ἡ δῆ
 τὸν ἀρρέπα. Οὐα δὲ γυναικὶ αρμόσει, ἐκεῖνη ἀποδίδωσιν, nam pro eo, ut ipso
 dignum est, vir imperat, in iisque adeo rebus, in quibus virum oportet impe-
 rare: & qua mulieri convenienter, et permittitur, monente Aristotele(h). (h) I.8. Ethica
 Discrevit, inquit, B. Thomasius(i), amborum officia natura, ut pater quo-
 niam præstantior est, posterior in sobole partis, hoc est animi, mater corporis
 magis gerendam curam habeat.

(e) J.B.P. II.

(f) l.c. §. 3.

(g) Comm.
Gres. l.c.

(h) I.8. Ethica

c. 10.

(i) de patr.
potest. §. 33.

(k) form. 88.
f. 475.

XIX. Objectum patriæ potestatis est vel personale, quod
 sunt ipsis liberi, quorum educatio & salus cure cordique pa-
 rentibus esse debet. Εὖ γὰρ ἵδι scripsit ad Critonem Xenophon
 apud Stobeum(k), Σωκράτην πρὸς ἄνδρας πολλάκις εἰπόντα, θτὶ ὁ τὸν
 γῆραν ἴνα τολλεῖ μὲν ἔχωσιν ἵσταν φροντίζοντες, ἵνα δὲ καλοὶ καθαροὶ
 γένενται ἀμελῆτες, οἵτινες πεπονθόσι, καὶ τὰ μὲν πο-
 λευκὰ ἐν διδόσκουσι, τροφὴ δὲ παρτικλῶν παραχρημάτων, scias frequen-
 ter ad nos dixisse Socratem, quod illi, qui liberū suis de muliis facultatibus
 prospiciunt, ut autem boni & egregii evadant, negligunt, simile quid agant
 equos alienis, qui bellicos ad usus eos non instruunt, quod tamen ad
 illorum laudem & virtutem pertinet, & multum pabuli exhibent.
 Οὐας γὰρ πιστήρεις μὲν τοὺς ἴτπος χρέος ται, ἀπέιροις δὲ ἦν χρῆν, sic
 enim equos habituri sunt pinguiores; sed eorum qua præstare oportebat, im-
 peritos: Vel reale, quo nomine veniunt actions, res, jura & bona
 liberorum. Sic enim Seneca(l): *Omnia patrū sunt, que in libe-*
rū manu sunt.

(l) 7. de be-
nef. c. 4.

X. Judicare hinc licet de juribus patris potestatis. An-
 tequam vero haec explicentur, non malè nobis videtur Gre-
 tius(m) monuisse, atque ostendisse, quomodo per vices ætatis
 liberorum ista explicari debeat. Nimirum variante statu ob-
 (m) l.c. §. 2.
 seqq.

jecti personalis hujus potestatis, cùm insignior ejus mutatio triplex in primis sit, tria quoque in libertate tempora distinguenda esse censet idem, primam est tempus imperfecti judicij, dum abest propositus; secundum perfecti judicij, sed dum filius pars manet familia parentum:

(n) Zieg. nos. in Grot. l. c. p. 268.

Zboraj. l. c. §. 40. seq.

(o) de f. N. G. 6. 2. 7.

tertium postquam ex ea familia excesit. Alius(n) tamen duo tantum placent tempora, contra quos disputat Pufendorfius(o), conciliari licet dissidentes posse facile credamus. Nobis videtur, tribus hisce Grotio notatis temporibus, quartum adhuc addendum, & à cæteris distinctioris disciplinæ ergo distinguendum esse: Tempus nimirum, quod inter conceptionem ad factum usque è visceribus matris egredium intercedit. Incipere enim statum hominis tum, quando in utero adhuc gestatur, dubium non est, cujus terminum à quo nos, qui semen generantium actu anima humana informari defendimus, ab absoluto generationis actu ponimus, ita ut ab illo momento jurium acquirendorum, & injuriarum iustæ ferendarum capax sit, & Pufen-

(p) Elem. Ju- dorfo (p) monente, sine dubio injuriam faciat, qui atque testamento re- risp. Univ. l. i. def. 3 §. 3. seq. lictum, aut alio titulo tributum eripit illi, qui adhuc in utero est, etiam si fors intra primos conceptionis dies jus istud illi acreverit; adeoque post adultus recte illud vindicare poscit. Ut generatione itaque peracta statim incipit officium parentum, ita quoque eorundem in liberis imperiis, exercendum ea ratione, quatenus jam in sua illios habet potestate, atque curæ suæ commissos.

X X I. In primo hoc vitæ tempore atque statu hominis nondum nati, nil equidem quod regant, nil quod coercent, habent parentes; non tamen tum iisdem licet illegitimi concubitus tegendi, & infamie evitandæ gratia abortum procurare, sive directè illum intendant, sive indirectè, quod nonnullos afferere supra vidimus. Nam existatur quidem, ut eximiè philoso-

(q) de offic. l. 2. c. 3. §. 4. phatur Pufendorf.(q) ex substantia parentum soboles; ut tamen in aqua- te. Apolog. c. 9. lem conditionem humanam cum illis locetur, & injuria etiam ab ipsis parentibus capax sit. Graviter Tertullianus (r), etiam conceptum uero, f. m. 826. inquit, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Botanicidij festinatio est, prohibere nasci; nec resert, natum quis eripiat ani-

(s) de disciplin. Ecclesiast. l. 2. de Laic. c. 6. nam, an nascentium disturbet: homo est, & qui est futurus, & fructus hominis jam in semine est. In quam impietatem etiam Concilia invechuntur, Ancyranum, Uerdense, apud Reginonem Prümensem (s). Nec

Nec matri gravidæ, cui fœtus maximas & vix sustinendas parit molestias, et si cum præsenti etiam periculo vita eundem sibi enitendum esse sciat, conceptum ceu aggressorem abigere licet, vel per fraudem à Medico aliquid, quo exceptum semen informe etiam exutiatur, petere, cum vitam propriam vita alterius innocentis, in quam nobis nihil juris, redimere injustum sit:

Theodorus Priscianus, licet Medicus, apud Grotium (t), expedire scribat, *pregnantibus in vita discriminis conflitatis, sub unitus partus sepe ja-ctura salutem mercari certissimam, sicut arboribus crescentium ramorum accommodatur salutaris abscisio, & naves preffo onere cum gravi tempe-estate iactantur, solum habent ex danno remedium.* Ex Doctoribus Môralium Rodriguez (u) apud Samuel de Lublino (x), licitum esse do-cesset, dare medicinam pregnantibus feminis ut abortiantur, ad preservan-dum eas à morte, quando non apparet aliud remedium ad succurrendum misera matrè, modo medicina non magis ordinetur ad occidendum fœtum, quam ad sanandum matrem. Eadem habet Sanchez (y) qui tamén addit, licitum esse applicare etiam medicinas, quanvis æquè ordinentur ad matrè salutem, atque ad fœtus nocendum, & illius abortum. Cautius lo-quitur Anton. Fernandez de Moura (z), quando *cum periculo pro-lis per accidens periturae, medicamenta ab ipsa natura in sanitatem agnita, matri de vita periclitanti adhibere posse, concedit.* Melius his sentit Reginaldus (a), et si hypotheses ejus & medium proban-di non admittamus, quando fœtus anima rationali vivit, quod ab actu generationis incipit, *nullo modo licitum esse conten-dens, prebere matri medicamentum etiam directè curativum, cum valde probabili periculo prolis, quam probabile etiam est vivam aliqui edendam.* Rectè quippe B. Zieglerus (b), propter incertum puerperij eventum, im-pium esse docet, impedire ne nascaur homo. Quin & si certum vi-deatur, matrem & rotantem morituram, neque directè neque indirecè licebit procurare abortum, neque matri ejusmodi medicamentorum usurpandorum jus, neque Medico talium porrigendorum facultas est. Et si enim sint causa per accidens abortus ex parte effectus, erunt tamen causa per se ex parte intentionis homicidii, & sic vera causa, secundum ea quæ dispù-tat Aristoteles (c). Utriusque itaque conservationem, & matris & fœtus, & qualiter intendi jus naturæ vult, cum nec matri ali-qui juris in vitam prolis, nec Medico plus juris in vitam fœtus,

(t) J.E.P. 21.
2. 6. no. 2.

(u) tom. I. c. 5.
concl. 1.

(x) Sum. P.L.
iii. aber. § 90

(y) L. 9. de ma-
trim. P. 3. disp.
20. n. 15. 1677.

(z) Ex. Theolo.
Mor. P. IV.
c. 12. § 2. n. 4.

(a) Prax. Fer.
Penit. L. 21.
c. 3. n. 36. f. 634

(b) Jur. ca-
non. ad inst.
Lancoll. b. 4.
n. 10. f. 7.
p. 1004.

(c) 3. Eth. c. 2.

(d) $t \in$

quam in vitam matris sit. Excipit equidem de Monre (d), proli non fieri, uti nos asserimus, injuriam, licet per accidens sequatur mors- illius ex incepsa per se sanitate matris, quia in periculo vita matris extreme etiam imminet extreum periculum vita prolis, que necessaria sequetur, nisi subveniatur vita matris. Verum ita morte hominis ad vitam alterius conservandam uti, Medico permisum esse nemo dicet, licet per accidens tantum conjugatur cum effectu per se inten- to, sanitate nimirum matris, & indirecte tantum intendatur,

(c) de charie.

trone seratur in prolein, v. ducit, quod, utriusque, loquitur,
τὰ κατὰ γασπὸν ἢ τοῖς ἀποκυνθεῖσι λογίζεται, latens in utero factus,
non minoru estimatur, quem in lucem natus. Quod si verò de utri-
usque, matris nimirum & prolis, salute sollicito medico pari
cura, ut nec hanc nec illam negligat, problem, vel etiam matrem,
quæ per abortum salvati potuisse, perire contingit, malo præ-
valente, υπερτοῦ se tantum, καὶ συμπάτητον τῷ φεσι, uti Galenus
loquitur, cogitat. Accommodamus huc verba Ludovici de Scif-

(f) de prin-
cip. consciens.
form. tract. 2.
n. 197.

dere (f), quibus alio casu Medici conscientiam formavit: sufficit ut adhibeat medicinam, quam probabiliter, opinatur esse profuturam, dummodo hoc obesse non posse. Aliud tamen jus matris atque Medicis esse censemus, quando illa ægrotans se gravidam esse certa non habet indicia, quæ Medico exponat, ita ut tam hunc, quam illam dubitare oporteat. Quanquam enim contra conscientiam practice dubiam agere non licet, poterit tamen, ut fieri

(g) *dé consciens.*
disc. 5. c 18
n. 9. p. 297.

tali casu suadet Bardi (g), practice deponi dubium per principia intrinseca, & judicium moraliter certum. Nimurum incerta non possunt certis præjudicium facere; unde nec proper conceptio nem matris de qua nil constat, omitterea est ægrotantis restitutio, citra dubium quovis tentanda medicamento, si certo illam non gravidam esse constaret.

XII. Etsi vero mater gravida molestiarum vitandum, vitæ etiam servandæ gratia, conceptum semen, vivamq; prolem ex utero excutiendi, procurato abortu, jus non habeat; potestatis tamen ejusdem liberæ esse censemus, si negato exitu naturali per vivæ sectum uterum rororum eximendum esse censeant, an ejusmodi sectionem desperato naturali partu, vivente adhuc prole, admittere velit, nec ne. De eo nunc non disqui.

ram, licet ne dato casu, vivam matrem secare, quod *Thomas* (e),
Fernandez (f), *Samuel à Lublino* (g), *Diana* (h), &c, hoc notante,
 communiter negant: Dato autem quod, *Raynaudo* (i) monente,
 major recentiorum Medicorum pars in hanc sententiam consentiat, ad ma-
 triu & futu vitam retinendam, utilem, atque adeo licitam esse hanc viventi
 matri dissectionem; quodq; ipse *Raynaudus* (k) prolixè it assertum,
 cuius examen præsentis instituti non est; nego matrem teneri ad
 sectionem istam subeundam, quam omnin orenuere potest. Pa-
 rere mater debet, & ut partum emitatur feliciter, omnibus viri-
 bus anniti, jus naturæ ipsi imperat; admittere autem sectio-
 nem Cæsaream non est parere, sed potius est incidere in Scyllæ,
 dum quærit vitare Charybdin, cum plures ista sectione ad-
 missa pereant, quam salvæ evadant. Sic enim potius loqui
 placet, quam cum *Diana* (l) affirere, quod *sec̄tio talis directa suoc*
cisio matris, ob exempla quæ adducit *Raynaudus* (m). Nec negle-
 cit custodiæ vitæ suæ reus agi potest, qui istius retinendæ gra-
 tia non vult subire cruciatus plane atrocissimos, & usurpare ne-
 gligit remedium planè extraordinarium & horribile, à quo
 non nisi atroces dolores & certius mortem, quam salutem fibi
 polliceri poscit, ceu recte docet *Bannez* (n), quem alii, ipse etiam
Raynaud. (o) sequuntur. Quod verò *Raynaudus* (p) obligari ma-
 trem contendit ad subeundam sectionem Cæsaream in desperatione
 partu ~~matris~~, affuliente bona spe, quæ rectius fingitur quam con-
 cipitur, quod proles utero immoritura non posuit salutem adipisci absque
 reali susceptione baptismi, non attendi debet; cum regenerationis
 subeundæ præceptum per baptismum ad natos tantum, non
 nascendos pertineat (q), & preces etiam Ecclesiæ pro salute in-
 fantum in utero agentium nos dubitare non sinant (r), vigore
 promissionis Christi, quod Deus, qui baptismi institutione,
 non suæ misericordiae legem, à qua nunquam recedat, sed nobis
 ordinem præscribere voluit, velit esse nostri seminis Deus, dato
 ejusmodi flebili casu.

X III. Cæterum quod potestatem parentum in na-
 tots attinet liberos, offert se se ex juribus illius primo ius regendi.
 Objectum hujus sunt liberorum actiones, quatenus ad illorum
 mores, religionem, studia, artes, virtus genus, matrimonium
 etiam contrahendum pertinent: diversimodè licet illud exer-
 ceri

(e) *Sum. III.*
P. q. 68. a 11.
ad tert.

(f) *Ex. Theol.*
Mor. P. IV.

c. 12. § 2. q. 5.

(g) *Sum. P. I.*
v. Baptis. n. 23.

(h) *Refol. Mo-*
rat. P. II. tr. I.
Miscell. refol.

44.

(i) *de orru infi-*
contra natura-
perfeci. Cesar.
c. 3. n. 7. p. 41.

(k) *L. c. c. 5.*

(l) *L. c. .*

(m) *L. c. c. 50.*

S. 4. figg.

(n) *in Thome*
s. IV. q. 65.

art. I. concl.

f. 205.

(o) *L. 2.*

(p) *L. c. c. 60*

n. 3.

(q) *Joh. 3. 4.*
seq.

(r) *March. 18.*
19. seq.

ceri debeat, varietque etiam secundum tempora, que in liberis distinguenda esse supra notavimus. Nam quod attinet tempus infantiae & imperfecti judicii, parentum imperio, & postea*legislatoria* subesse dicimus cum Grotio (s) annes liberorum actiones,

(t) *J.B.P.II.*
5²

sic ut facultatem habeant moralem, voluntatem illorum in ordinem suis iussis, ut ad illa se conformet, redigendi, mores eorum ad vitæ honestatem formandi, eorundemque actiones incongruum finem dirigendi, prout id ex communi utilitate, liberorum, cōmodo, siveque familiæ dignitate esse judicaverint; sic ut ipsam etiam sermonis recte formandi disciplinam complectatur. Necesse quippe est, ut qui se regere non potest,

(t) *I. 4. de Rep. f. m. 447.*

aliunde regatur: *Kiduveth*, inquit *Plato* (t), ἀντειδεις θρηνούσι τὸν πόνον, ταῦτα καὶ τὰ ἐπιθυμία, appareat; quale si usque fugit educationis initium, talia etiam ferè qua sequuntur. At aliis, recte, infert *Graecus* (u), naturaliter inventari non potest, cui regimen competit, quatuor parentes.

X X I V. Pertinet huc etiam ius religionis liberorum, quod pones parentes esse dicimus, ita ut, cum Deus ore infantium & lan-

(x) *Pf. 2. 3.*
Mash. 21. 16.

gantum laudari velit (x), à primis annis verum de Deo sensum, illis in bilato, ad rectum ejus cultum teneros applicare, & vera religionem iisdem commendare incipient. Competit hoc

(y) *Deut. 6. 6.*
seq. c. 11. 19.

parentibus jure divino scripto (y). Quæ enim Deus de cœlata vero Deo Israëlitiz præcepta dedit, jubentur parentes iherū suis reperire, & ubique illis inculcare, ut ab inceunte æate ab alienis sacrī sibi favore sciant: ut etiam Timotheus ἀπὸ Αρπέρα (z) ad legendas sacras literas fuit assuefactus.. Cumque neglecta religio à mortali, non solum secum trahat animæ perniciem, sed & corruptæ nostræ naturæ ad omnis generis impias religiones, de quibus gentium historiæ testantur, pruditus fatus sit, ut

(z) *2. Tim. 3. 15.*

ipsos gentilium etiam *Blasphæmus* (z) queratur, quod ἄπει μὴ εἰς ἀρετὴν καὶ τύφον, ὅπει εἰς ὀπρημέτα τῶν Σείρων καὶ περιφάνειαν, modo in superstitionem & vanitatem, modo in Deorum neglegitum & fastidium feratur; jure naturali obligantur parentes, ut sicut alia, ita quoque veram religionem, & obligationem Deo debitam, frequenter, summoque studio liberis suis inculcent, Daiquem autem, dabo, sic accuare, ut animos illorum penetrerent, illisque constant, et inseparabiles. Patriarchis, ius religionis non sic esse in arbitrio

(a) *Camill. f. 133.*

trio parentum, ut si diversarum religionum, inter quas fundamentalis intercedit dissensus, homines connubio jungi cupiunt, pacto etiam possint transligere, cuius conjugis sacra liberi debeat sequi, cum Dei jus, liberorum salutem æternam & verum immutabile, in quæ hominibus nihil juris, id concernat; nisi pacto tali veræ caveatur religioni, ut in easc. liberi educentur: Ita ut & hic locum habeat illud Nasonius (b): *Si qua voles apte nubere, nube pari.* Afferit hoc jus religionis liberorum etiam parentibus Thomas (c), contra justitiam naturalem esse contendens, *si puer, antequam usum habeat rationis, à cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid quod ad religionem etiam pertinet ordinetur invitatio parentibus: secundum quorum dispositionem circa ipsum divina agenda esse monet* (d), negans licere Judæorum filios invitis parentibus baptizare, quod esset contra ius patriæ potestatis. Causa quare hæc forte fuit, quod Sabaudiae Duci cum Waldensibus anno 1655. ita convenire placuerit (e), quod religionis causa liberi à parentibus auferri non debeat, donec pueri 12. puella autem 10. etatū annum attigerint. Quod enim tempus ætatis, cum iudicium aetate jam maturuit, attinet, ita ut inter veram & falsam religionem rectè discernere sciatur, discernatque natus, invitis etiam parentibus erroneous religioni, quæ fundamentales foveat errores, addictis, fidei veræ consentire potest; quod Grotius (f) notante, (f) L. c. §. 3. hoc tempore subfini parentum imperii non alia actiones, quam que ad familie paterna & materna statum aliquid momenti habent. Et si enim adhuc familie paternæ pars maneat, nec sui per omnia juris, & aequaliter sit, ut pars conveniat cum ratione integri, & parentes propter liberique eundem in rebus ad religionem pertinentibus habeant sensum; attamen uti civis, per hoc quod diversam amplectitur religionem, quam imperans non probat, boni civis & subditii characterem non amittit, nec ut cum eo idem circa res fidei sentiat cogi potest, ita quando patre infideli existente, vel in fundamento fidei & salutis errante, filius adultus rectius sentiens, cum patre in religione non ulterius idem sentire vult, ut priori vita tempore fecerat, in saniorem natæ religionem, ut eam ejuret, pater non habet potestatem: Quam nec ejurare filius parentibus ita volentibus tenetur, cum illa ad ius superioris, in quod mortalibus nulla potestas, pertineat. Volunt hoc verba Christi:

D

Christi:

(b) Heroid.

Epist. 9.

(c) II. 2. q. 10.

art. 11. resp.

(d) ib. ad

quart.

(e) Pacificat.

inter Sabaud.

Duc. & Wald.

art. 15.

ceri debeat, varietque etiam secundum tempora, quæ in liberis
distinguenda esse supra notavimus. Nam quod attinet tem-
pus infantiae & imperfecti judicii, parentum imperio, & potestatis
legislatoria subesse dicimus cum Grotio (s) omnes liberorum actiones,
sic ut facultatem habeant moralem, voluntatem illorum in or-
dinem suis iussis, ut ad illa se conformet, redigendi, mores eo-
rum ad vitæ honestatem formandi, eorundemque actiones in-
congruum finem dirigendi, prout id ex communi utilitate, li-
berorum commodo, suæque familiæ dignitate esse judicave-
rint; sic ut ipsam etiam sermonis recte formandi disciplinam
complectatur. Necesse quippe est, ut qui se regere non potest,

(t) l. 4. de aliunde regatur: Καθηρών, inquit Plato (t), ἀ τοῦ παιδείας ὅτι,
Rep. f. m. 447. ἀ τοῦ ὄρυκτον, τοιοῦτα καὶ τὰ ἐπιειρά τοι, apparet; quale cuiusque
fugit educationis initium, talia etiam ferè quo sequuntur. At alius, recte,
(u) l. c. infert Gratius (u), naturaliter inventi non potest, cui regimen competit,
quoniam parentes.

X X I V. Pertinet huc etiam ius religionis liberorum, quod
parentes parentes esse dicimus, ita ut, cum Deus ore infantium & la-

(x) Ps. 8. 3. *Genuinum laudari*, velit (x), à primis annis verum de Deo sensum,
Mash. 21. 16. illis in cultu, ad rectum ejus cultum teneros applicare, & ve-
ram religionem iisdem commendare incipient. Competit hoc

(y) Denuo 6. 6. parentibus iure divino scripto (y). Quæ enim Deus de colenda
seq. c. 11. 19. uero Deo Israëlitiz præcepta dedit, jubentur parentes *litteris suis*
repetere, & ubique illis inculcare, ut ab inceunte ætate ab alienis
sacris sibi cavere sciant: ut etiam Timotheus ἀπὸ βρέφεω (z) ad le-

(z) 2. Tim.
3. 15. gendas sacras literas fuit assuefactus. Cumque neglecta reli-
gio à mortali non solum secum trahat animæ perniciem, sed &
corruptæ nostræ naturæ ad omnis generis impias religiones,
de quibus gentium historiæ testantur, pruxitus sanctus sit, ut

(a) Camill.
f. 133. ipsi gentilis etiam *Plurarchus* (a) queratur, quod ἀπὸ μὲν εἰς δο-
γματικῶν καὶ τύπον, ἀπὸ δὲ εἰς ὄργωμάτων. Σίγου καὶ παρράπονον
modo in superstitionem & vanitatem, modo in Deorum negligēdum & fasti-
dium feratur; iure naturali obligantur parentes, ut sicut alia, ita
quoque veram religionem, & obligationem Deo debitam, fre-
quentent, summoque studio liberis suis inculcent. Deique man-
data sic acuant, ut animos illorum penetrant, illisque constan-
ter inhingentes. Patriarchis, iustæ religionis non sic esse in arbi-
trio

trio parentum, ut si diversarum religionum, inter quas fundamentalis intercedit dissensus, homines connubio jungi cupiunt, pacto etiam possint transfigere, cuius conjugis sacra liberi debeant sequi, cum Dei jus, liberorum salutem æternam & verum immutabile, in quæ hominibus nihil iuris, id concernat; nisi pacto tali veræ caveatur religioni, ut in ea sc. liberi educentur: Ita ut & hic locum habeat illud Nasou (b): *Si qua voles apte subere, nube pari.* Afferit hoc jus religionis liberorum etiam parentibus Thomas (c), contra justitiam naturalem esse contendens, si puer, antequam usum habeat rationis, à cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid quod ad religionem etiam pertinet ordinetur in vita parentibus: secundum quorum dispositionem circa ipsum divina agenda esse monet (d), negans licere Judæorum filios invitatis parentibus baptizare, quod esset contra ius patriæ potestatis. Causa quare hæc forte fuit, quod Sabaudie Duci cum Waldensibus ann. 1655. ita convenire placuerit (e), quod religionis causa liberi à parentibus auferri non debeant, donec pueri 12. puella autem 10. etatu annum attigerint. Quod enim tempus ætatis, cum judicium auct. jam maturuit, attinet, ita ut inter veram & falsam religionem rectè discernere sciat, discernatque natus, invitatis etiam parentibus erroneæ religioni, quæ fundamentales fovet errores, addictis, fidei veræ consentire potest; quod Grotius (f) notante, hoc tempore subfini parentum imperiu non alia actiones, quam que ad familie paterna & materna statim aliquid momenti habent. Et si enim adhuc familie paternæ pars maneat, nec sui per omnia juris, & aequum sit, ut pars convenienter cum ratione integri, & parentes propter liberique eundem in rebus ad religionem pertinentibus habeant sensum; attraueni uti civis, per hoc quod diversam amplectitur religionem, quam imperans non probat, boni civis & subditi characterem non amittit, nec ut cum eo idem circa res fidei sentiat cogi potest, ita quando patre infideli existente, vel in fundamento fidei & salutis errante, filius adultus rectius sentiens, cum patre in religione non ulterius idem sentire vult, ut priori vita tempore fecerat, in saniorem natu religionem, ut eam ejuret, pater non habet potestatem: Quam nec ejurare filius parentibus ita voluntibus tenetur, cum illa ad ius superioris, in quod mortalibus nulla potestas, pertineat. Volunt hoc verba

D

Christi:

(b) Heroid.
Epist. 9.

(c) II. 2. q. 10.
art. II. resp.

(d) ib. ad
art. 15.

(e) Pacificat.
inter Sabaud.
Duc. & Wald.
art. 15.

(f) L. c. §. 3.

(g) *Mash. 10.* Christi (g): ἐ φιλῶν τατῆρα καὶ μητέρα νόπτερος εἰμί, οὐκ εἰσι με αἴξθετοι.
37. qui amaverit patrem aut matrem *supra me, non est me dignus.*

X X V. Præter potestatem legislatoriam, quam sic appellare lieeat, complectitur hoc ius regendi etiam ius aliquod eminens in liberorum promissa, contractus & vota, donationes. Prohibere vi potestatis regulatorie tales actus parentes posse, & quidem simpliciter, quod attinet tempus infantiae, & judicii imperfecti liberorum; secundum quid autem, quatenus sc. familiæ paternæ & maternæ statum, rem item parentum familiarem isti actus concernunt, atque istius ne fiant interest, si loquimur de illo tempore quo liberorum judicium maturuisse deprehenditur, modo pars adhuc sint familiæ parentum, dubium non est, docentque sacræ literæ (h). Parris enim est, dirigere actiones liberorum, ut decenter & convenienti ratione in congruos ferantur fines. Et ex imperio quod habent parentes in voluntatem liberorum, suis iussis illam subjecere possunt. Quod itaque promissa, contractus, donationes & vota à liberis priori tempore, quo judicium non sufficiens ad tale negotium habent, facta attinet: quemadmodum isto tempore à parentum, & qui illorum jura exercent, voluntate & directione illos dependere ius naturæ vult, ut ab illis, uti in aliis, ita quoque in his regantur negotiis; ita parum favere LL. N. illis patet, quemadmodum promittunt, contrahunt, vel aliis donant, ob deficientem partim usum rationis necessarium, qui defectus contrahendam obligationem impedit, partim ob defectum facultatis agendi (i), ita ut validum non sit, nisi à parentibus quid sit concessum & probatum. Sequitur hinc, posse parentes talium actuum vim ex jure potestatis, quod in voluntatem & actus liberorum isto ætatis illorum tempore habent, elidere, qui intercedente etiam prævio parentum interdicto, hoc ipso nulli faciunt. Respicientes huc alibi LL. civiles, iusta ratione, ut *Gratianus* (k) loquitur, *mota*, quasdam promissiones pupitorum ac minorum irritas pronuntiant, non apud Romanos tantum, sed & apud Grates. Quanquam verò propter naturæ dispositionem solertia in agendo maturius interdum se prodat, atque rationis usus in aliis quibus acceleretur, non tamen, uti non male *Thomas* (l) loquitur, propter hoc in aliquo eximuntur à cura parentum, que subjacet legi humana.

(h) *Ephes. 6.1.*
Coloss. 3. 20.

(i) *Thom. 2.26.*
q. 88. art. 8.
Resp. art. 9.
resp.

(k) *J.B.P.H.*
II. 5.

(l) 2. 2. q. 88.
art. 9. resp.

mane, resipienti ad id quod frequentius accidit, jure naturali istam subjectionem probante, ut bonus in vita sociali ordo serverur; Tò μὲν γὰρ κατὰ τὸν τίτανα καὶ διόπειν, quaenam secundum naturam sūnū ordinata sunt, censente Plutarcho (^m). Illo autem tempore, quo firmiori & maturiori gaudent liberi iudicio, adulti etiam supt, ex patria licet potestate nondum egressi, Grotius (ⁿ) quidem illis tribuit iurisdictionem, h. c. facultatem moralē agendi, sub hac licet limitatione, ut parentibus in agendo placere studeant; et si hoc delatum non ex vi facultatis moralis, sed ex pietate, observantia & gratia rependenda officio esse, nec efficere contendat, ut irritum sit, quicquid contra sit factum. Attamen cum sint sub potestate rectoris & imperio parentum adhuc, non solum quoad actiones qua ad familię paternę & maternā statum aliquid momenti habent; quae ratio potissimum militat, quando agitur de potestate patrum, quatenus sunt capita suarum familiarium, cum nostra disquisitio sit de potestate patris, qua talis; sed & quoad illas quae ex indole societatis inter parentes & liberos adhuc durantis, quae citra illorum in hos imperium intelligi non potest, ex pietate, observantia & gratiae rependendae officio, & sic ex præcepto juris naturalis parentibus debentur; concedimus illis quidem promittendi, contrahendi, donandi & vovendi potestatem, patrum modo interdictum non obster, quod liberos &que obligat, atque famulos imperium τῷ δεσπότῃ σκλήρῳ, domini duri (^o), nec isti actis concernant res, in quas patrio imperio aliquid juris est. Hoc enim casu liberi sunt inferiores. Inferior autem, Grotio (^p) iterum monente, qua inferior obstringere se non potest, nisi quatenus superiori id placitum fuerit: ampliarem enim non habet potestatem. Licuit hinc ex divina ordinatione (^q) jure Ebræorum Patri liberorum vota rescindere. Debusse, ait Theodoreius (^r), τῆς ὑπὸ τὴν τὴν πατρὸς τοῦτον ἐξουσίαν ὑπερμένε τὸν πατέρα βεβαιῶν τὴν ὑπόχρεον, ejus quae sub patria potestate agens promiserit, patrem promissionem firmare. Cujus ratio, Pufendorfio (^s) notante, non bac solum fuit, ne imprudens arius, f. 165. inconsultis pietatis specie mota, scipiam nimia vorendo fortunis evertieret; sed etiam ne vel paterna bona votū ejusmodi onerarentur, vel opere de- bita interciperentur. Sic ut isthas potestas baetenui non ex lege positiva, sed naturali ratione proflueret; cum nemio qui alteri subiectus est, valde disponere queas circa eas res, in quibus alterius potestatis subjaceat. Collin-

^(m) t. 2. opp.

Sympoſiac l. 9.

⁽ⁿ⁾ J. R. P.

t. 2. c. 1. §. 3-

^(o) I. P. 2. 18.

1. 20.

^(p) Num. 30.

4.

^(r) t. 1. opp.

Quæst. in

^(s) Num. 47.

165.

^(s) Z. N. G.

t. 6. c. 2. §. 18.

(t) ad Numer.
30. 4.
(u) Not. in
Grot. 2. 5. 6.
p. 271.

(x) Bell. Ca-
tilin. c. 2.

(y) Not. in
Grot. 3. B. 2.
5. 6. 3. p. 269.

(z) Cef. Conse.
patriæ disputat
Dunst. (z). Ed. & av. xix. 1.
e. 19. 168. 1.
q. 4. p. 933.
(a) Oper. &
dier. v. 195.
(b) 6. 3. Carm. 7

(c) 2. 2. 9.
88. art. 9. Rep.

mat huc etiam *Grotiana* (t) annotatio. An autem vota à parentibus rescissa reviviscant, postquam vovens potestate exiit, disquirit B. Zieglerus (u).

X X VI. Vi hujus juris regendi quod imperium parentum in liberos exercet, ius etiam aliquod habent circa genus vita filij, si tale eligendum & definiendum. Dependet sane inde magnâ ex parte liberorum felicitas in hac vita, quale vitæ genus eligant; atq; *Sallustio* (x) idem vivere atq; frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, praelati facinoris, aut artu bona famam querit, sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter ostendit. Cum itaque ex divino jure & præcepto parentibus liberorum cura incumbat, jus aliquod illis circa vitæ genus à liberis eligendum competere manifestum est, ita ut ex illorum confilio & consensu institui debeat, jure naturali liberis prohibente illius neglectum, & dissensus justi contemnum: Ne dicam, familiæ etiam paternæ maternæque interesse, quale genus vitæ eligatur, in cuius fraudem filio nil facere licet, ita ut injuste & inhonestè fecerit, quicquid contra hoc jus parentum fecerit.

Quanquam enim hoc jus parentum, Dn. Zieglero (y) explicante, directivum potius quam coactivum sit, quod naturalibus inclinationibus vim facere non possint; directioni tamen huic locum relinquere tenentur liberi, ceu juri patrio & superiori, donec illa sit manifestè injusta, & cum certa illorum perniciè, anima imprimit, conjuncta, uti de limitibus potestatis

Hic satius ad pacem, hic castris utili armis, natura sequitur semina quisque sua; sed & si genus vitæ Ecclesiasticum eligere volunt. *Hesiodus* (a) loquitur, multo magis patri bene consulenti, paruerit. Nec hoc tantum locum habere dicimus, si ad genus aliquod vitæ secularis se applicare cum animo suo constituunt liberi, secundum illud *Properiū* (b):

Hic satius ad pacem, hic castris utili armis, natura sequitur semina quisque sua;

sed & si genus vitæ Ecclesiasticum eligere volunt.

Thome (c) proin disciplinæ non subscribimus, quando post annos pubertatis liberos posse jam se voto religiosis obligare, vel simplici vel solemní absque voluntate parentum contendit; sic ut liceat, uti alii explicant, parentibus invitis exire è domo paterna, modo parentes non sint in tali constituti necessitate, ut illis non aliunde quam à filio subveniri possit. Sequuntur Thomam communiter.

Ex

Ex Jesuitis, **Toletus**(d), **Bellarminus**(e), **Cardinales**, **Reginaldus**(f), **Lefsius**(g), **Escarob**(h): **Ex** ordine Prædicatorū, **Antoninus**(i): **Ex** Benedictinis, **Seyrus**(k): **Ex** Franciscanis, horum aliquando Definitor Generalis, & per Germaniam & Belgium Commissarius Generalis, **Marchantius**(l), aliique. Graviter verò contra, affectum quo sint tali casu boni parentes una exprimens, scriptus Petrus **Erodius**(m) de jure Patrio ad filium, quod se inscio & dissentiente vitam religiosam esset ingressus. Et hoc merito. Quod enim est liberi consilii, quale est votum status Ecclesiastici, non tollit officium necessarium, quale est obedientia parentibus debita, sed cedit eidem. Audiendum hic illud Samuelis (n) ad Saulem, qui amorem Dei singularem, ejusq; per sacrificia Deo alias grata cultum præ se ferens, mandatum Dei de delenda Amalekitaru gente, etiam pecoribus occisia, transgressus erat: *Obtemperare præ sacrificio bonam, obedire præ adipice aratum.* Pari nimis ratione, obtemperare parentibus, quod est divini & naturalis præcepti, melius est omni vita monastica, & ex instituto humano religiosa. Nec hoc est nescire, odiisse & contemnere parentes in ordine ad Dei amorem & Christi sequelam, uti dissentientes contendunt, si religionis divinitus non mandatae prætextu, & obtento Dei cultu, qualem Deus à nobis non requisivit, parentibus officia debita denegentur: quam disciplinam ipse Christus improbat (o). Sane ex qua ratione dissentientes negant filium posse intrare religionem, si parentes habet in necessitate actuali gravi, vel extrema constitutos, quibus se optulari posse sperat, cum afflictis aliunde non affulgeat auxilium, quia ut Marchantius (p) loquitur, *obligatio juris divini naturali antecedit omne opus voluntarium* (quale est intrare religionem) & liberum, quantumcumque *sancuum*, si que preferri debet; ex eodem etiam negari potest, licere filii invitis parentibus, etiam extra talem necessitatem, quam excipiunt, constitutis transire ad vitam monasticam; quia obediens parentibus *xarà πάττα*(q) aequo J.N. præcipit liberis, atque *αποτελαργόν*, & uti Hierolete (r) loquitur, τὸν τὸν γένους αὐτοδύοντα, natura rependere gratiam. Sacroenim huic referenda gratiae officio, uti apud Judæos votum liberorum per Korban multū derogabat, monente Seldeno (s), & doctissima diatriba in primis explicante Ven. Dn. D. **Sebastiano Schmidio** (t), à Christo proin

(d) *Infr. I. 4. c.*

17. n. 13. 22. c.

18. n. 7. I. 5. c. 1.

n. 6.

(e) s. 2. *Opp. I. 2.*

de Mon. c. 36.

(f) *Præx. Fer.*

penit. I. 20. c. 2.

scil. 3. m. 20. sq.

f. 625.

(g) *de J. & g.*

I. 2. c. 4. dub. 3.

n. 35. f. 583.

(h) *Theol. mor.*

n. 6. Ex. 7.

c. 2. q. 24. p. 721

(i) *Sum. P. III.*

s. 16. c. 2. §. 4.

(k) *Thef. Cas.*

Conf. I. 7. c. 6.

n. 8. f. 414.

(l) *Trivium*

fac. n. 5. scil. 2.

q. 4. concl. 2.

f. 506.

(m) *de iure*

patri. p. 36. sqq.

64. sqq. per m.

libr.

(n) *I. Sam. 15.*

32.

(o) *Mat. 15. 4.*

(p) *I. c. 57. 5. c. 14*

q. 2. dub. 1.

f. 502.

(q) *Cloff. 3. 20.*

(r) *Communi.*

in An. Py-

thag. p. 16.

(s) *J. N. G.*

4. 7. c. 2. p. 814.

(t) *de iustific.*

Christi in Pha-

rif. Marsh. 15.

s. 8. 20. sqq.

improbatum; ita votum religionis invito patre emissum; derogat ex rationis paritate sanctissimo obedientiae officio, & proin similiter improbari debet. Votum enim vinculum minus constringit, quam mandatum & ordo divinus, ita ut quicquid filius etiam voveat, quod libero fit actu, officio parentibus debito, quod actus est necessarius, derogare nil debeat & possit. Διαγνώσκω, inquit Plato (u), οὐ συμφέρει πράτησον ἀπόκειναι, οὐ τὸν πρέσβητον τινὲς καὶ προσάγοντο παρεμπίποντα γέρα, καὶ μητέρας τὴν ἀντὴν δύναμιν ὁχισάντας· οὐ δταν ἀγάλλι τις, τημᾶς γέγονθι οὐ δέος, exstinctandum est, nullum apud Deos magis honorandum simulacrum habere nos posse, quam parentes & avos seniori confessos, matresque similiter. Quibus honoratu Deum gaudet, alioquin eos minimè exaudiret. Nedicam, parentes revocantes liberos à vita monastica non magis peccare, quam peccant parentes revocantes eosdem à voto per Korban. Alia non adduco argumenta, gravissime tractata ab Aredio.

X X V I I . Pertinet huc etiam ius parentum circa liberorum

matrimonia, quæ etiam divino & naturali jure illorum subjacent directioni efficaci, cum quod κατὰ πάτερα per omnia liberi illis

(x) Coloss. 3. 22. sint subjecti, uti κατὰ πάτερα illis obediens (x) quoque debent, ita ut parentes liberis, non hi sibi ipsis prospicere de matrimonio, &

(y) Exod. 34. filii uxores, filiabus autem maritos dare jubeantur (y); tum quod 16. Denuo. 7. 3. nuptiæ felicitatem liberorum concernant, quæ ex gubernatione Jerem. 29. 6. mis & educationis officio atque fine parentibus curæ esse debet;

(z) de Civ. l. c. tum ne, quod non male notat Hornius (z), filius duxit uxore, invito parenti vel baredem adducat, vel invisa nuntiatur: tum ne filia contra voluntatem paternis sacris eripiatur. Χριστιανῶν δυοῖς θεοῖς λατεραῖς, in-

(a) Catech. 7. quid Cyrillus Hierosolym. (a), τὸ τιμῆν τὰς γενέτορας, τὸ τὰς πόνους εἴρεσθαι τὸν φόρον, καὶ πάσαν δυράμην τὰ πρέσβειαν αὐτοῖς ἐπωνυμοῖ, Christianorum est præclara pietas, honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni studio que ad quietem illorum pertinent cu-

(b) Genes. 28. rare. In angustias verò conjectit parentes Esavus (b), insciis & 7. 46. invitis iisdem nuptiis celebrans, iisq; nuntiis etiam minus acceptam adducens. Præterea cum in plena sui potestate filius adulatus nondum sit, in eo potestati & directioni patris adhuc subest, qua ratione copiam sui aliis faciendo, ex societate quæ illi cum parentibus intercedit, illorum jure & imperio, quo ista societas continetur, salvo, exire possit, permanens alias sub patrio imperio

(u) II. de LL.
f. 682a

perio cum adducta uxore, nisi pater illum vinculo isto solverit,
vel furtum sui ipsius facturus, quatenus se potestati patriæ pa-
rentibus invitis subduxerit. Exercent hoc jus parentes, judi-
cando de filii matrimonio, consensumque suum in desideratas
nupeias præbendo, liberisque ut consilium suum consensumq;
circa hoc negotium à se requirant imperando, prohibendo de-
nique justis ex causis, ne ex proprio consilio nubant. Hinc De-
miphō Terentij (c), apud quem in Phormione hæc in primis quæ-
stio tractatur, de filio se inscio uxorem ducente questus, itane
tandem, inquit, uxorem duxit Antiphō injussu meo: nec meum imperium,
ac, mitto imperium, non similitatem meam revereri saltem: non pudere?
Effectus huic juris penes liberos est, consilium paternum circa
matrimonium audire, consensum eorum requirere, & consilio
etiam parere. Rectè B. Baclerus (d) noster, si necesse est, inquit, con-
sulere, necesse est etiam consultū parere, non iniqua volentibus. Idem enim (d) Com. in
effet, non consulere, & consultū non parere. Rursus: Non consilium hic cu- Gros. lo 2. c. 5.
justibet consulere valentū spectatur; sed consuluntur q̄, quibus parentum
est. Quare non probamus illorum (e) disciplinam, qui teneri qui- (e) Sanchez.
dem filium concedunt, consilium parentum circa matrimonium petere, l. 4. de marie
non tamē illud sequi, ita ut licet posse ipso invitis, prius tamē consultū, in- disp. 23. n. 10.
ire matrimonium quod vult: Cautius licet alii (f) loquuntur, statum (f) Bellarm.
quæstionis quanquam nec & illi per omnia custodian. Nec de mar. c. 19.
tollitur hoc jus imperii paterni per libertatem, quam in contra- tert. propos.
hendo matrimonio ex jure naturali, & suo etiam agendi jure Reginaldo.
habet filius, uti per eandem non tollitur interdictum de non Prax. For.
ducenda proxima consanguinea. Eximiè Homerij (g) Philoso- pan. f. 624.
phia libertatem liberorum in connubio cuī jure parentum (g) Iliad. l. 94
componit, quando Achilles Agamemnoni ex filiabus quæ pla. seqq.
ceret, ut ad domum Pelei patris abduceret, offerenti respondit:

Κύρον δ' εἰ γαμίω Αγαμέμνωνος ἀτρόπεδα, εἴδ' εἰ χρυσέην ἀρρεδῆ τη κάλλα Θεοῖς, ἣργα δ' ἀθηναῖν γλυκόπιδι λοραῖς εἰς, εἴδε μιν αἱ γαμίωι filiam non
ducam in uxorem Agamemnonis Atridae: nec si aurea Veneri pulchritudine
certaret: operibus autem Minerva Cesia par effet: Addens: Πιπλὺς δάν
μοι ἔπειτα γυναικα γαμίσσεται ἀντε, Peleus pater mibi uxorem despon-
sabū ipse. Et cum puellas Græciæ laudasset, subiicit: Τάσσονται οὐδὲ
λαμψ φίλοι ποιήσαι ἀλλοττ, harum quam voluero dilectam faciam uxore.

XXVIII. Quanquam vero Tertulliano (h) monente, filij fine (h) l. 2. ad ux.
consensu c. 6. f. m. 5340

consensu patrum rite & jure non habent; attamen cum matrimonium non quoad essentialia sua à consensu parentum dependeat, sed hictantum principium sit, à quo in fieri matrimonium dependeret dicendum: *jus paterni imperii circa liberorum connubia censemus illa tantum dissensu suo irrita posse facere*, quæ ad matrimonium ut in fieri est, & adhuc esse dici potest, possunt referri. Sequitur hinc, quod, si nuptiæ sint in facto consummato per concubitum, clandestinæ licet sint & invitatis etiam parentibus contractæ, maneant ratæ, licet ipse nuptiarum contractus sit illicitus. Nam iste concubitus ex illorum contractu non solum ad matrimonium ut una caro fiant, ab illis ordinatur, sed & ejusmodi nupturientes ad matrimonium, ut notat naturalem maris & foeminae ad invicem inclinationem, cum coniunctionis appetitu conjunctam, ineundum jus habent, quod qua tale patrio imperio non subjet, nisi quoad directionem ad certum individuum; cum pater ad naturale istius contractus quod in matrimonio etiam datur, filium nec cogere, nec eidem, ne cum ulla foemina matrimonii causa contrahat, prohibere possit.

(i) *Brev. c. 21.*
n. 14. p. 498.
(k) *Nos. ad.*
Grot. L. 2. f.
B. P. c. 5. n. 10.

Contractu matrimoniali, inquit B. Hulsemannus (i), *quem Zieglerus* (k) *sequitur, non purè electiu[m], sed naturali quoad speciem, electiu[m] solum quoad determinationem individui, cum quo placet contrahere.* Suo itaq;
jure etiam usi liberi ad contrahendum matrimonium, quo à parentibus privari non possunt, exercendo simul actus, qui natura sua non nisi ad consummandum matrimonium, ejusdemque usum ordinati sunt, hoc fine ut conjugium suum consumment, cum contrixerint, contractumque consummaverint; non videtur, re non amplius integra, pater id posse irritum pronunciare, ad quod agendum filius etiam jus à natura habuit, quo à patre privari non potest, & in quod qua tale patris potest nulla est, et si illegitimè, suo jure parrem privando, egerit.

XIX. *Jus parentum in liberorum operæ secundum vicem temporum, atque operarum diversitatem quas liberi edunt, variat.* Verum est equidem illud *Aristotelis* (1): ‘Οὐδὲ ταῦτα ὁ γε, ἀξιούτων τὸν πατέρα διδόπειτον, quiquid fecerit filiū, nibil beneficiū à patre accepit dignum fecerit: semper igitur debet: Hoc tamen operum debitum recte explicandum est. Tempore imperfecti judicii nil quod operæ pretium à liberis fere expectare licet,

līcer, nec hi parentibus facile p̄fūtērīnt. Certe quicquid etiam
fuerit opellē, pars erit obsequii respondentis parentum jussi,
ad liberorum educationem pertinentibus. Qynd verd attinet
tempus perfecti judicīi, quo parentibus, & aliis. etiam, utilem
operam p̄fūtare possunt, quamdiu sunt sub potestate patria, &
à parentibus ea quæ ad victum, amictumque, & honestam vitæ
sustentationem, aliasque necessitates varias pertinent, ex-
pectant, qui in vicissim ab illis hi postulare possint non obsequiū
tantum operas, quas cum parentibus, cum ex illorum iuslī &
mandato aliis p̄fūtāt, sed & fructus operarum quas propria
aliis p̄fūtāt industria, inde non dubitandum esse videtur,
quod tali societatis inter parentes & liberos statu, non solum
liberi non libera habeant operas, sed & planè iniquum sit, pa-
rentes onera sustentationis, ne de educatione quid dicam, libe-
rorum ferre, liberos autem sibi tantum & aliis prodefesse, labo-
risque mercedem à parentibus postulare velle. Augustum refert
Suetonius (m), vesti non remere alia, quam domesticā usum esse, ab uxore (m) Augus.
& sorore, & filia neptibusque confecta. Durius autem iusto tractant 6.73.
liberos parentes, si debitum operarum industrialium etiam tum
urgent, quando liberorum adulorum variis necessitatibus atq;
indigentiae succurrere ne ligunt. Huius parentum juri quale li-
berorum obsequium respondeat, Hierocles (n) docuit: Πρέπει μήτε (n) in A.P.
δι εὐτυχίας θεραποίαν δι τούτων παραγόντες αίμασθησον δι μᾶλλον p. 55. seq.
εὐτυχίαν ἀ μᾶλλον ἐπίκτονον γένεται, καὶ διλοπροτίς καὶ μάτε οὐτας δα-
πάγουμεν φειδώλις γενομένως, ἀλλὰ πάττα πρὸς τὰ δικίαν χρέας ἔτο-
μεις παρέχοντες γενεθῆται, καὶ ὕδομένως ἐπὶ τοῖς εἰς δικίους πόνους τα-
κεῖ ἀναλόμασι, δαces μὲν ne propriis quidem necessitatibus à parentum cura
avocari; sed illa tanto magis delectari, quanto existit labore & servitute ple-
nior: ito nec proprii sumtuam magnitudinem fieri partiores, sed omnia
promite & alacri animo in illorum usum adferre: latari denique toleratio
illorum nomine laboribus atque impensis.

X X X. Sequitur ius imperii parentum in liberorum bona,
itidem secundum vices temporum, & bonorum diversitatem
explicandum. Tempore nimirum imperfecti judicīi, quo
omnes liberorum actiones sunt sub dominio parentum, filium aut
filia capax est, secundum Grotium (o), dominii in res ex jure gentium, sed
exercitium impeditur ob judicij imperfectionem. Quare ut res omnes libe-
rorum (o) J. B. P.
2. S. 2.

consensu patrum rite & jure non nubem; attamen cum matrimonium non quoad essentialia sua à consensu parentum dependeat, sed hic tantum principium sit, à quo in fieri matrimonium depen-dere dicendum: jus paterni imperii circa liberorum connubia censemus illa tantum dissensu suo irrita posse facere, quæ ad matrimonium ut in fieri est, & adhuc esse dici potest, possunt re-ferri. Sequitur hinc, quod, si nuptiæ sint in facto consummato per concubitum, clandestinæ licet sint & invitis etiæ parenti-bus contractæ, manent ratæ, licet ipse nuptiarum contractus sit illicitus. Nam iste concubitus ex illorum contractu non so-lum ad matrimonium ut una caro fiant, ab illis ordinatur, sed & ejusmodi nuptrientes ad matrimonium, ut notat naturalem maris & foeminae ad invicem inclinationem, cum conjunctionis appetitu conjunctam, ineundum jus habent, quod qua tale patrio imperio non subjacet, nisi quoad directionem ad certum individuum; cum pater ad naturale istius contractus quod in matrimonio etiam datur, filium nec cogere, nec eidem, ne cum ulla foeminae matrimonii causa contrahat, prohibere possit. *Con-tractus matrimonialis*, inquit B. Hulsemannus (i), quem Zieglerus (k) se-quitur, non pure electius, sed naturalius quod speciem, electius solum quoad determinationem individui, cum quo placet contrahere. Suo itaq; jure etiam usi liberi ad contrahendum matrimonium, quo à pa-rentibus privari non possunt, exercendo simul actus, qui natura sua non nisi ad consummandum matrimonium, ejusdemque usum ordinati sunt, hoc fine ut conjugium suum consumment, cum contraxerint, contractumque consummaverint; non vi-detur, re non amplius integra, pater id posse irritum pronun-ciare, ad quod agendum filius etiam jus à natura habuit, quo à patre privari non potest, & in quod qua tale patris potestas nulla est, et si illegitimè, suo jure parrem privando, egerit.

(i) *Brev. c. 21.*
n. 14. p. 496.
(k) *Nat. ad*
Grot. l. 2. f.
B. P. c. 5. n. 10.

X X I X. *Jus parentum in liberorum operas secundum vices temporum, atque operarum diversitatem quas liberi edunt, variat.* Verum est equidem illud Aristotelis (l): ‘Οὐδὲ πατέρας ἐγενέσθαι τὸν ὑπεργενέαν διδάσκειν, οὐδὲ φέρειν, quicquid fecerit filiu-m, nihil beneficium a pare accepit dignum fecerit: semper iugur debet: Hoc tamen operum debitum rectè explicandum est. Tempore im-perfecti judicii nil quod operæ pretium à liberis fere expectare licet,

(l) *S. Eddas.*
n. 14.

licet, nec hi parentibus facile praestiterint. Certè quicquid etiam fuerit opellæ, pars erit obsequii respondentis parentum iussis, ad liberorum educationem pertinentibus. Quod verò attinet tempus perfecti judicij, quo parentibus, & aliis etiam, utilem operam praestare possunt, quamdiu sunt sub potestate patria, & à parentibus ea quæ ad victimum, amictumque, & honestam vite sustentationem, aliasque necessitates varias pertinent, expectant, quia vicissim ab illis hi postulare possint non obsequium tantum operas, quas cum parentibus, cum ex illorum iussu & mandato aliis praestant, sed & fructus operarum quas propria aliis praestant industria, inde non dubitandum esse videtur, quod tali societatis inter parentes & liberos statu, non solum liberi non liberas habeant operas, sed & planè iniquum sit, parentes onera sustentationis, ne de educatione quid dicam, liberorum ferre, liberos autem sibi tantum & aliis prodesse, laborisque mercedem à parentibus postulare velle. Augustum refert Suetonius (m), vesti non temerè alia, quam domestica usum esse, ab uxore (m) Augus. & sorore, & filia nepibusque confecta. Durius autem iusto tractant 6.73. liberos parentes, si debitum operarum industrialium etiam tum urgent, quando liberorum adulorum variis necessitatibus atq; indigentiae succurrere ne ligunt. Huius parentum juri quale liberorum obsequium respondeat, Hierocles (n) docuit: Πρέπει μήτε (n) in A. P. δε αὐτογένειας θεραπείας ἐπὶ γυναικῶν παραπόλεων ἀνεγεγόνει δὲ μᾶλλον p. 55 seq.

αὐτῆς τοῦ ἐπὶ μᾶλλον ἔτεσσον γάνται, καὶ διητοπούσι καὶ μήτε οὐτας δαμασκηνίας φειδωλὸς γενομένις, ἀλλὰ πάττα πρὸς τὸν ἀνίσταντον χρέος ἐτελεῖται παρθένος γεγεννητας, καὶ ὑδομένης ἐπὶ τοῖς εἰς οὐρανὸν τόνους τε καὶ σταλαῖμασι, δοces nos ne proprio quidem necessitatibus à parentium cura avocari; sed illa tanto magis delectari, quanto existit labore & servitio plenior: ino nec propriæ summi magnitudinem fieri pariores, sed omnis promute & alacri animo in illorum usum adferre: latari denique toleratio illorum nomine laboribus atque impensis.

X X X. Sequitur jus imperii parentum in liberorum bona, idem secundum vices temporum, & bonorum diversitatem explicandum. Tempore nimirum imperfecti judicij, quo omnes liberorum actiones sunt sub dominio parentum, filius aut filia capax est, secundum Grotium (o), dominii in res ex jure gentium, sed (o) J. B. P. exercitum impeditur ob iudicij imperfectionem. Quare ut res omnes libe- 2. 5. 2.

(p) de Civit.
6.1.c.2. § 5.

verum parentibus acquirantur non naturalis est. Dissentit Frideric. Hor-
simus (p), simpliciter nulla facta temporum aetatis liberorum vel
etiam bonorum distinctione, pronuncians, patris fablantia & fa-
ctuibus credere, quicquid formarum, opera & industria filij fuerit ac-
quisitum. Quia enim pater in caput filij potest est, etiam bona qua filij stu-
dio obvenientis adscribenda. Verum non naturalis juris haec dis-
iplina est: & afferere, quod parentibus acquirantur indistincte
omnia, que filius suo labore & industria paraverit, merito fa-
tissimo (q) videtur absumendum, libenter licet concedamus quod,
si vel maximè inter peculium professionum & adventuum distin-
guimus, isto aetatis tempore primo propria industria, cum
omnes liberorum actiones sive sub directione patris simpliciter, ut Gratian
corrigenz loqui mavult Feldens (r), sibi nihil acquirere possit,
atque propriæ industriae vix locus videatur esse relictus, aut tali
opera, que digna sit, ut increatur comparari cum beneficio pa-
rentum, illorumque laboribus & sumptibus in educationem im-
penitus. Hoc tamen non impedit, quo minus vel per successio-
nem ab intestato, vel per testamentum, vel per donationem
sibi, non patri aliquid acquirat, cum lex naturalis aliorum li-
beralitati, que in commodum tenerioris aetatis cedit, non ob-
ster, sed potius favet: licet patri, seu ordine naturali & jure
proximno, ejusmodi bonorum adventiorum admini-
stratio atque usufructus etiam, cum ob onera educationis ea
melius ferenda, tum ob præsumptam liberorum consensem, &
studium referendæ gratia, permitti debeat. Tum vero, rursum

(s) Cetera in
lxxv. Pyth.
p. 54.

inquit Hierodus (s), qui hoc officium liberorum eleganter ab ipsa
natura deducit, ἐπει τὸ δέσμον ἡ τε αἵρεσις εἰστὶ, μήτρ οὐκά-
τον παθεῖντες οὖν, μήτρ χρημάτων, αλλὰ ἀδελφοίς εἰσται πα-
πέος οὐδετέρα τὴν τιμὴν, οὐδὲ τούτους πατέρας, quem exhibe-
des virtutis scopos; cum nec corporibus ipsis, nec pecunia patrem, sed
potius nos illis ad ejusmodi omnia fabrificamus. Contrariari denique
J. N. negamus, si aliter pater filii, suisque necessitatibus con-
fudere non potest, quando bonis adventitiis ejusdem, cum re-
ditus ex illis non sufficiunt, in hunc finem uitetur; circa obli-
gationem naturalem illa restituendi, si bona fide in filii nu-
tritionem & educationem, urgente versa necessitate fuerint
verba.

XXXI. Quod

X X X I. Quod vero alterum accinet. statis liberorum tempus, sub patria potestate, cum jam judicium aetatis maturuit; quoad pecunium proficiunt res caret difficultate. Cum enim a filio ex re patris sequitur, atque ut in utilitatem patris illud eraderit filius; hoc siue pater auctoriter constituerit, quando ad patrem pertinere manifestum est; cum ejus intuitu res fuerit a filio pater; pater etiam non ad rem tantum, sed & ad fructus sue rei jus habeat, sic ut circa illius consensum ne industriales quidem ab alio percipi possint. Ex quo pater quid habendum sit de Philosophia Reginaldi (^t), quando, cum filii a patre ad opus aliud peragendum certam pecuniam accepit, & ipse interea sua industria aut parsimonia reservaverit aliquid patrato rite opere, pessimum sale residuum pro arbitrio alienari contendit. Tale nimurum jus alienandi rem patris circa ejus consensum filius non habet, qui cuan in utilitatem patris illam tractare tenetur, & ad hoc accipit, obligatur quoque ad restituendam, si patre pecuniam tradendo aliquid reservaverit; certe de residuo patrem certiorum facere, nec en inscio id retinere debet; tantum abest, ut alienare liceat. Edepol scilicet furtum, etiam malum, quod iibhui filii me velas, & patrem, ait Plautus (^u). Subtiliter enim furto que subtrahuntur, clam subducuntur. Bona autem que vel per successionem ab intestato, vel per testamentum, vel per donationem natio-advenenum tali aetate, in ea nihil juris patri, quo illa occupet, erit, cum quicquid juris in illa aliis erat; in filium sic translatum, & a filio sibi non patri acquiritum; patri licet ususfructus denegandus non videatur, quamdiu filius scilicet a patre non separatus sed sub illius potestate fuerit, atque talium bonorum administratio, cum filii statim etiam bona ipsis sequantur: Nisi & quoad usum tantum filio sint concessa, v. c. beneficia, stipendia, pensiones. Ita quae filius eum, quando apud patrem adhuc vivit, per propriam sibi acquirit industria, sic ut ea quae patri tenetur praestare ex voto interim praefert, propria etiam eidem manere, nec bonis parentum accrescere, requies est, cum quoad illorum acquisitionem nulla filii exigat patrem obligatio existat. Unde nec quae illi per se non debentur, propter alii industria eidem deberi dicenda sunt. Paratio est illomm que alios vel in bello, vel

(^t) Prax. For.,
Pars. I. 20.
c. 2. f. 2. n. 17.

49: Rudolf
A. L. Schäfer

extra bellum, ex aliquo officio publico acquirit, si pro se, non pro parente istas operas præstat. Non enim patri sed reipublicæ istam debet præstatque operam, ex obligatione quam non tam patri quam patræ debet: Ergo quicquid sic acquirit, non tam patri quam sibi acquirere dici debet; cum patria potestas plane per accidens ad illud se habeat.

XXXIII. Jus hoc regendi an ad liberorum venditionem usque se extendat, & jus vendendi complectatur, etiam dispiciendum. Affirmat Grotius (x), potest, inquiens, pater filium oppignorare, & si necesse sit etiam vendere, ubi alia ratio cum alendi non suppetit. Addita ratione, quod censetur ipsa natura ius dare ad id omne, sine quo obtineri non potest quod ipsa imperat; allatisq; certarum gentium exemplis & consuetudinibus, hanc liberorum venditionem exercentium; quibus plura addidit Dn. Pufendorfius (y): Ex quibus constat, in jus civile quidem plurimum, non tamen omnium populorum, venditionē charissimorum horum pignorum abiisse. Quanquam enim & de Vesogothis Fernandes (z) auctor sit, qui avaro mercatori exposcenti vietus necessitate filios etiam tradiderunt, cum Thracias tenerent, LL. tamen Vtigitorum (a), ceu antiqua lex, legitur, non licuit parentibus filios suos quocunque contractu alterius dominio subigere. Parentibus, habet lex: filios suos vendere non licet, aut donare, aut oppignorare. In Edictō Theodorici, quod exhibet Lindenborgius (b), idem non solum prohibetur, sed & factam necessitate cogente liberorum venditionem, ingenuitati corum non prejudicare statuitur. Et si verò apud nos casus hic, ut ob summam egestatem liberi à parentibus vendantur, non facilè videatur dabilis, cum quod tantum eleemosynarum nunquam videatur defuturum indigentibus, ut in tantam desperationem prolem vendendi teneantur incidere, tum quod servitus abrogata sit; attamen cum apud alios populos hæc consuetudo hodie adhuc vigeat, quid se posita civili lege, in statu naturali, quem considerare nostri fori est, liceat, explicabimus. Et sane antiquissimam esse hanc liberos tam immaturæ ætatis, quam adultos, vendendi consuetudinem, inde constat, quod Rahel & Lea Jacobi uxores,

(x) *J. B. P. 2.
5. 5.*

(y) *de J. N.
G. 6. 2. 9.*

(z) *de reb.
Gra. c. 26.
(a) I. 5. tit. 4.
c. 12.*

(b) *Cod. LL.
Aniq. f. 245.
c. 94. 569.*

(c) *Gen. 31. 15.
conf. Gen. 29.
18. 27. c. 30. 26.*

questa de duritie patris, Labanis, dixerunt: *No nne extranea re* *qui vendidit nos, tradendo sc. eas Ja* *cobo,*

cobo, suam operam isti Syro locante, *loco mercede*, explicante B. Luthero (d). Liberi vero cum per se non sint in commercio, liberam illorum, ceu rerum venalium, vendendorum facultatem minimè parentes habent: Cum ex generatione non majorem sibi in liberos potestatem arrogare possint, quam legitima permittit *educatio*, & finis vitæ inter parentes & liberos socialis. Redit ergo quæstio ad summam, non *quamvis gravem*, uti *Lefsius* (e) *ius naturæ* permittere credit, patris necessitatem, qua vel ipse primo & præcipue, filius non nisi consequenter premitur, uti *Plutarcho* (f) scriptore, cum Athenis ἀταὶ δῆμοὶ ἦν υπόθεσις τῶν πλεονὸν πολλὰ καὶ πῦρα. Ιδίας ἀναγνάφοτο πολλέν, totus populus ere alieno à divitibus oppressus erat, multi etiam liberos suos, nulla lege prohibente, distractabre compellebantur: vel filius æqualiter patitur, cum patre, ita ut huic alia ratio istum alendi non suppetat, de quo casu *Grotius* in primis loquitur. Certum est, quod hoc casu venditio liberorum plus favoris habeat, quam in illo; quem etiam intelligit Ravennas Episcopus *Fornandes* (g), *hanc secus*, inquiens, parentes faciunt, salutis suorum pignorum providentes, satis deliberant ingenuitatem perire, quam vitam; dum misericorditer alendus, qui venditur, quam mortuus servatur. Illos etiam qui dissentiant, vocabulo *venditione*, quod videtur exprimere astum tam nobili objecto, quale sunt liberi, planè incongruum, & servi, quorum ex juris herilis abusu miserrima olim fuit conditio, cui natos non nisi pater æscopy & subjecerit, offendit potius existimaverim, quam re ipsa intra terminos à jure naturali positos constituta, & *Aristoteli* (h) etiam explicata; ceu ex illis patet, quæ à *Feldeno* (i) contra *Grotium* disputantur. Omittantur quæ offendunt vocabula, & dicatur, licere parenti in extremo necessariū casū, quo vita indeclinabiliter redimenda est iacturā libertati, uti loquitur Dn. D. *Alberti* (k), filium quem alere non aliter potest, alienæ potestati & arbitrio permittere, ut ob alimentorum & eorum quæ vita necessaria sunt præbitionem, vicissim illis, à quibus ista accipit, obligetur, & opera utilia tamdiu præstet, donec pro alimentis quantum satis est reddiderit. Unde cum infantes in libertate nati, ex quo ista beneficia acceperunt, dimicuerint alendi, an sequam opera eorum domino utili esse possum, & je-

(d) Comm. in
Gen. L. &

(c) de I. & J.
L. 2. c. 5. d. 40
n. 17. f. 440
(f) s. s. oppo.
Selon. f. 85.

(g) de rebus
Geic, a. 26.

(h) 1.8. Esh. II
(i) Neg. m
Sect. 2. S. 6.

J. N. P. II
C. II. §. 14

quentes opera sui temporis alimenta respondemus, vix effugere illa servitium licet, nisi pro alimentis quanum sati est, ut diximus, reddane, censente Grotio (l). Ipsa servitus juri naturali non contrariaatur, dura licet sit. Unde non peccat pater, si ex duobus malis minus eligendo, filio it consultum isto duro necessitatis puncto, prout licet. Hedeni turpitudinem hujus pacti objicienti,

- (l) *Y. B. P. II.*
5. 29.

(m) *I. 9. c. 4.*

(n) *Polis. Par-*
af. c. 8. n. 5.
p. 30.
- respondet Lentulus apud *Livium* (m): Subeat ista quancunque est indignus, & pareatur necessitati. Et huic permissioni, qua non accepto pretio alienae potestati à parentibus ita liberi permittuntur, etiam faveat Cl. Bernannus (n).

X X X I I I. Cæterum venditionem propriè dictam quod attinet, quæ sit interveniente pretio, varijs illa quoq; habet gradus, variaq; admittit temperamenta. Nimirum ista liberorum illo duro necessitatis telo urgente instituta venditio, vel sic ratione operæ tantum, vel sit simul etiam ratione personæ, in respectu tamen ad operas. Servum enim idèò præcise qua homo est, nemo emit, sed propter operas & utilitatem eius opera percipiendam; & quo operam personæ & servitium perpetuo, vel quamdiu placuerit, habeat, emit quoque servum ratione personæ. Filium ineuntis ætatis ratione operæ tantum vix pater venderet, cum isto tempore nullam, certè exiguum operam ab illo sperare licet; vendendus ergo simul erit quoque ratione personæ. Filii vero adolescentis, & qui variam utilemque operam præstare potest, facilius pater inveniet emtorem. Licet vero hæc venditio quam sit ratione operæ, urgente patris necessitate domestica, licita omnino sit, non minus tamen etiam licita & justa est venditio nati ratione personæ: Licet illa prius antequam ad hanc descendatur, tentari debeat. Illa proprius ad locationem, hæc cum otianimodam rei proprietatem emtori addicit, proprius ad veram accedit venditionem. Probamus autem hujus venditionis justitiam internam, ex divina lego Ebreis data (o):

- (o) *Eude. 22. 7.*

(p) *de J. N.*
G. I. 6. c. 7.
- Si quis vendideret filiam suam in ancillam. Loqui legem hanc de filia impubere adhuc, & patre in summam paupertatem, aded ut nihil in bonis ei omnino superesset, redacto, ex Ebraeorum monumentis ostendit Seldenus (p); quam etiam cur non de vera venditione, temporis nimirum certi, & prout leges admittebant, sed de loca-

locations , accipere debeamus , nulla videtur obstat ratione .
 Vides autem , inquit B. Brentius (q) , in hac lege , quanta olim permisso fuit patribus potestas in liberos : Et necesse habuerunt liberi parentium obedire . Addit B. Rungius (r) rationem : Quia liberi à parentibus viam accoperum , aquum est , ut ipsis vicissim serviant : etiam alius serviendo loco illorum . Subscrabit Rivetus (s) : alii . Covirarius (t) recte pronunciat , vendere dato casu filios , non esse omni-
 no alienum à paterna pieate . Excusat enim patrem necessitas , ex
 qua hoc ius naturaliter ortum dicit , Grotio (u) monente , & obliga-
 tio educationis ; cui non nisi hoc remedio extraordinario satis-
 facere potest , redigendo filium in statum , filio quidem parum
 gratum , jure naturali tamen probatum . Habet hæc vendi-
 tio præterea naturaliter exceptionem præstationis opere , &
 servitii inhonesti atque inhumani . Unde singulariter etiam
 pudicitia filiæ , quam pater vendiderat , Deus cavit (x) . Non
 enim absolute hæc venditio , sed cum pacto fieri debuit , de-
 betque , sic nimis , ut prædicta emtori justa satisfactione ,
 oblatoque alio mancipio , pristinam possit venditus recupe-
 rare libertatem ; neve interea temporis inhumanè tractetur .
 Hoc enim uti non licet in mancipia quæ ex jure belli talia
 sunt , ita multo minus in nostros natos infelices . Ipse Deus
 legem , qua filiam Ebræam vendere permittit patri , singulari
 temperavit humanitate . Non enim , Seldeno (y) ex Ebræorum
 monumentis observante , venditio has fiebat , nisi per leges patrias
 ancilla spes saltem dubia esset , subendi autem emtori , aut filio suo . Pra-
 sumebatur enim emtionem hujusmodi in nuptiis fieri . Plura hujus
 temperamenti laudatus vir adducit , cui post Grotium (z) ad-
 dendus Rivetus (a) . Non male hinc Dn. Kulpifius (b) effectum
 hujus venditionis perfectam servitatem , in quam filium detradatur ,
 esse negat ; sed ut alteri constituantur ius aliquod reale , dominio ana-
 logum , utendi servitio filij . Præterea cum Conringio (c) monente ,
 pater filij commodum prius habere debeat , suum postponere , & ex filio
 fibi nihil utilius nisi per accidens querere , plus favoris habet illa
 venditio , quæ in usum liberorum primo cedit , propter li-
 beros ipsos instituitur , & illorum potius quam parentum
 res querit . Probaturque Conringio (d) non solum , sed & Pufen-
 dorffus (e) Edicium Theodorici , & Legem Wisigothorum , vendere liberos

(q) Comm. in
Exod. l.c.

(r) Comm. in
Exod. l.c.

(s) Comm. b.l.

p. 13.
(t) tom. II. opp.

l. 3. c. 14. §. 4.
f. 245.

(u) J.B.P. a.
§. 29.

(x) Selden. l.c.
Pages apud
Rivet. l.c.

(y) de J. N.
G. 6. 7. p. 74.
seq.

(z) Not. ad
Exod. 21. 7o
seqg.

(a) l.c.

(b) colleg.
Grot. Extr.

4. §. 3. p. 41.
(c) de Fin.
Imp. 2. 19. p. 30.

(d) l.c.
(e) J. N. G.
6. 2. 9.

ali-

(f) s. 2. l. 3.
c. 14. n. 4.

(g) c. 15.

(h) in Gros.
l. 2. c. 5. §. 5.

(i) Annot.
Gros. l. 2. c. 5.
p. 728.

(k) l. 6.

(l) Chronic. l. 2.
s. 6. Rer. Germ.
Vrflis. f. m.
605.

(m) J. B P. II.
55.

alimentorum gratia veterantem, explicat de alimentis in usum parentum cedentibus: Covarruvias (f) licet parentibus permittat ob inopiam & egestatem filios vendere. Loqui enim Episcopum Segobiensem de parentum commodo potius, quam liberorum, docet allegatus ab illo Nehemia (g) locus, quando populus fame oppressus, filii nostri & filiae nostra, inquit, multa sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & vivamus: sed tamen pro pretio eorum in Ebraeo textu non extat; unde nec in LXX. nec in versione Lutheri ad Ebraicam veritatem bona fide adornata legitur. Filium quoque nata maiorem, & iudicio pollensem in sui venditionem consentire debere, pietatem suadere ait Dn. Zieglerus (h), proprier quam etiam cum suo incommodo, ut conserventur parentes, obstrictus est. Cui sententia licet subscriptat Dn. Osiander (i), addit tamen bene, melius esse abstinere ab illa venditione, quia videtur adversari affectui naturali parentis in sobolem, & non sibi sapere paternam, sed neglectum corvinum. Nobis casu hoc posteriori, jus patris in liberos imperfectum esse videatur; in cuius exercitium filium pie consentire posse & debere, imperfecte etiam obligari, cum pietas id suadet tantum, Zieglero mente, non autem invitum cogi posse existimamus.

XXXIV. Sequitur hinc, sumili necessitatis casu patri liberos oppignerandi ius competere, cum oppignorare minus sit quam vendere. Regio itaque non tantum, sed & patrio jure licuit Francisco I. Galliarum Regi, filios duos parvulos pro se obsides dare Carolo V. Cons. Steidano (k) explicatum; ita Patris Regis, & publica requirente necessitate. Injuste autem & despoticus proceres illi Mediolanenses, qui cum Ecelino, tyranno quadam Italie, de tradenda sua patria convenierant, pro hujus rei societate proprios etiam filios ei obsides tradiderunt, scriptore Monacho Paduano (l).

XXXV. Superest ius coercendi liberos, quod etiam si auroque tempore aetatis eorundem locum habere Grotius (m) monet, et si modus coercendi variet. De ipso jure quin parentibus competit, dubitandum non est, cum necessarium sit ex necessitate finis societatis patriae, qui sine coercitione retractorum non obtinetur. Nubi sine aqua simile est imperium, quod destituitur vi cogendi & puniendi. Malis quippe liberi

liberi emendandi, ad malum proni coeroendi, refractari cogendi, malitiose peccantes, & pertinaciter denique malitiosi puniendi. Ordinem hunc, atque prudentiam qua patrum hoc ius exergendum, ita docet Seneca (n): *Officium honorum parentum est, objurare liberos nonnquam blonde, nonnquam minaciter, aliquando etiam admonere verberibus; ut sensus doloris, ejusque memoria, atque inde natus metus, pueros à malo reverteret: Quem tamen hujus castigationis effectum potius in teneriori quam adultiori serate, apud quam, nisi malitia contumacise callum contraxerit, graves admonitiones efficaciores sunt, sperare licet.* Incarceratio domestica violentius aliquid remedii genus est, quam ut statim adhiberi tuto possit, permisum licet, cum siue quasi per antiperistasis malitia ad majorem, in quam dato liberiori aere erumpit, agatur ferociam. Poenae graviores, & in adultera potius setatim, cum judicium maturuit, quam quando ex judicij imperfectione, & affectuum per seattis imbecillitatem nondum subactorum petulantia exorbitantia peccatur, cadentes, sunt alienorum denegata, quam à suspensione eorundem ad exiguum aliquod tempus, vel parca eorundem subministratio ne domestica, puerilis, vel etiam juvenilis petulantiae coercendae gratia facta, distinguendam esse censemur. De hac vide tur etiam loqui Totius (o), vir inter suos magni nominis, cuius ius characterem exhibet Thaumis (p), concedens, posse parentes aliquando ad tempus, in panam aliquam peccati gravis, & dummodo filium (p) l. 117. non incurrit notabile detrimentum, negare alienum; de illa vero Eso. f. 100. ber (q), ceu ex appositis limitationibus patet: *Abdicatio, qua dominio & familia ejeci, ceu indigni, proximi à paatre è conspectu abire subebantur, uti habet formula solennis apud Vater. Maximum (r): & Exbaratio.* Ita, lege positiva non obstante, licita est eodem jure naturaliter, quo abdicatio, qua vestibus spoliatus, aequaliter domo ignominiosè missus filius, de sub vivere jubebatur. Viguisse haec videtur non apud Romanos & Grecos tantum, quod certam, sed etiam apud Ebraeos prioscis, tandemque suruisse Sarai apud Abrahamum, domo ejici cupiens ob perditos mores Ismaëlem (s). Patris enim bonis arque benignitate qui sustentari cupit, patri quoque obedire, nec adversus

(n) *r. de Clem.*
c. 14. init.(o) *Infr. sec.*
l. 5. c. 1. n. 11.
p. 707.(p) *Theol.*
Moral. tr. L
Ex. 6. c. 1. §. 2.
q. 6. p. 103.(r) *f. 12. 7. 31*(s) *Gen. 20. 9.*
f. 2.

eum impius esse debet, iuste alias ob ejectionem e domo querelas moturus, præprimis si in ea sit estate, ut ipse, nisi otio indulgete velit, sibi panem acquirere possit. Idem de Exhaeredatione sentiendum. Si enim liberi velint esse haeredites bonorum parentum, sequum est, ut illorum obsequantur voluntati: Cui si reluctati fuerint citra sufficientes causas, deprecari,

(s) 9. N. 6.
L. 6. c. 2. §. 12.

ut loquitur Dn. Pufendorfus (s), non poterunt, quo minus parentes officio educationis nibil praeterea superaddam, eosque exheredes esse jubeant. Citra tamen causas gravissimas ad hoc rigoris & poenæ genus non esse descendendum, rursus Seneca (t) monuit: Numquid aliquis sanus filium ad primam offensam exheredat? nisi magna & multa injurie patientiam evicerit, nisi plus est quod timeret, quam quod damnet, non accedit ad decreterium filium. Multa ante temta quibus dubiam indolem & pejore loco iam perficiunt revocari: finali deplorata est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda pervenit, nisi qui remedium consumpta. Hoc parentis faciendum est. Unde ne mentis aliquæ impotentia, vel præceps quidam furor, parentes abripist, in republica, ubi civili imperio patria subest potestas, hujus quoque constitutione harum paenarum infligendarum ratio

(u) L. 11. de
Rcp. f. m. 681.

fuit ordinata. Quod nec Plato (u) notare omisit, minime in abdicatione nati, quem secundum illius sanctionem operari est ελληνος χρέων δικαιοδόξη τὸ διάτημα, alio abire patre privatum, parenti liberam agendi potestatem permittens. Unde non so-

(x) Parrot. de
lib. & pofh.
her. m. 8c.
p. 620 foq.

lum Iure Romano, de quo Dñsfridus (x). exhaeredationis causæ sunt definitæ, sed & LL. Wisigothorum (y) atq; Longobardorum (z) licentia exhaeredandi ad certum modum restringitur. Ex

(y) L. 4. m. 5.
c. 10.

Demosthenes autor est Monocæmum (a), quod apud Athenienses non

(z) L. 2. m. 14.
c. 12. 23.

minim filio suo imponendi, atque etiam delendi potestas à lege parenti tributa fuerit: sed videtur hoc posterius pertinere ad liberorum

(a) Pragm. 72.
arr. Rer. Rom. p.
Athen. vnp.

abdicationem, qua eos pater domo suo indigne censendo, simul nomine privabat.

fragm. adjec.
Comm. l. 2.

X X X V I. Jam vita & moxi parentum in liberos non agnoscimus. Melius circa hanc questionem distinguit, quam docet Alexander, Herodis filius, apud Josephum (b), quem & fratre Aristobolum apud Augustum Caesarem tentati veneficiis

(b) Antig. l.
16. c. 8.

reos pater fecerat, quando genitoris accusationem discussus, poterat, inquit, pater, vel pro regia, vel pro patria perdere in felonias

in fontes animadvertere. Etsi enim patri summo civili imperio instructo, hoc ipso etiam in filios seu subditos jus vita & necis competat; ex supremo etiam inter suos iure Patriarchas olim habuisse, rectius ex Rubeni filiorum Jacobo facta oppi-
 sporatione (c), si non Benjaminum ex Aegypto reduxerit, (c) Genes. 42 v. 37.
 quam facta Abrahami, divino iussu filium immolare volen-
 tis (d), quo exemplo ad jus hoc parentibus afferendum Aegy-
 ptum (e) utitur, colligatur, plurimum etiam populorum iure civili (e) de juri.
 potestati patris hoc jus concessum fuerit; ex se tamen, & per patr. p. s.
 se imperio paterno qua tali, & jure rectorio, quod inter pa-
 rentes & liberos in societate patria intercedit, illud conti-
 neri negamus, sive in republica, sive extra rem publicam, &
 in statu naturali consideretur, annuente Grotio (f): Quicquid
 olim Bodinus (g), hodie autem Hobbes (h) & Fridericus Hornius (i) vi-
 suin fuerit. Bodinus responderunt ex Politicis Arrianus (k), Eccle-
 siis (l), aliisque, ex Theologis B. Dantiscarorum noster. Hobbes
 vero disciplinā falso nisi, & ex falso provenire principio, quod
 suæ substratum ivit Philosophia, sèpius monitum. Hornius
 autem summum imperium cum patro qua tali, quod per se
 summum non est, licet hoc cum illo conjungi possit, conjun-
 gaturque interdum, confundit. Rem ipsam vero quod at-
 tinet, de eo nil dicam, factum atrox etiam visum fuisse, si
 pater vigore civilis vel militaris imperii, aut regio iure in
 filios animadvertisit, uti ex Livi (m) constat, factum Manlii,
 qui maiestate patria & imperio consulari natus filium suppli-
 cio extremo affici jusserat, omnium patrisque execrationibus.
 Iuanus (n) certè autor est, ipsum Colmum Florentipum Du-
 cem, cum cedem filii ab altero filio, & sic à eis fratre com-
 missam, fraticidam eodem pugione quo fratrem consecraret
 occidendo, vindicaret, dixisse: Malo me posteritas infelici ac
 durum patrem prædicti, quam imprudentia & iniquitas arguit: Unde
 etiam omni cura hanc rem silentio praeteriti & tegi voluit pater
 vindex. Atrocis sane videbitur, si in ipsam patriam potesta-
 tem per se funestum hoc jus cadere, & tam atrox poena ge-
 nus, quod temeritudini & patris plane & cum violentia
 aduersatur, ab ipso paterno imperio privato proficiendi sta-
 tuamus. Hornus natura, inquit Michael Salomon (o), ut patentes (o) in s. 2. 90
 sunt 60000. 2.

sunt vindices in filios, puniendo eos morte aut mutilatione. Supra diximus, à fine societatis inter parentes & liberos, qui est bona horum educatio, petenda esse jura patriæ potestatis, ceu media ad hunc finem ordinata. Ad hunc verò consequendum non necesse est, ut morte filii & suppicio capitali graffetur parens, cum abdicatio satis sit, si malitia correctionem non admisit, & patri non tolerandum ulterius creditur carcinoma, ob extrellum nequitiae & impietatis gradum. Adantus certè, cuius exemplum producit idem Saloniūs (p), apud sa-
 (p) *I. c.* muelēm de Lublinō (q), Cainum, qui supplicium mortis me-
 (q) *Suri. Cas.* ruit, ceu homicida, non extremo suppicio affecit, quem ex
P. I. p. 282. § 12. divino mandato abdicasse videtur (r). Aliter tamen censem-
 (r) *Gen. 4. 12.* dum, si filius vim & bellum societati patriæ inferendo cæde-
 (s) *J. E. P. I.* vult sœvire; redit enim tali casu jus naturalis defensionis,
 4. 5. 2. quo licet vim vi repellere. Naturaliter, inquit Grotius (s),
 omnes ad arcendam à se injuriam jus habent resistendi. Esset
 equidem adhuc de abuso & solutione patriæ
 potestatis agendum, sed hic
 subsistendum.

F I N I S.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z16588800X Google

